DE

SERMONIS TRAGICI

PER

EVRIPIDEM INCREMENTIS.

PARTICVLA I.

DE VOCABVLORVM THESAVRO.

SCRIPSIT

CAROLVS RICARDVS SCHIRLITZ,

PHIL. DR.

HALIS SAXONVM.

TYPIS ET SVMPTIBVS ORPHANOTROPHEI.

MDCCCLXV.

G. Halis
26-1-31

DE SERMONIS TRAGICI PER EVRIPIDEM INCREMENTIS.

PARTICVLA I.

DE VOCABVLORVM THESAVRO.

SCRIPSIT

CAROLVS RICARDVS SCHIRLITZ,

PHIL. DR.

HALIS SAXONVM,

TYPIS ET SVMPTIBVS ORPHANOTROPHEI.

MDCCCLXV.

1865

PATRI

OPTIMO CARISSIMO

SACRVM.

Dionysius Hal. cens. vett. scriptt. 11: ὁ δ' Εὐριπίδης, inquit, οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε μὴν λιτός, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῆς λέξεως μεσότητι κέχρηται.[1]) Cui testimonio quum omnes subscribant qui post Aeschyli ac Sophoclis lectionem ad Euripidem se applicant, dubitari tamen potest, quibus in partibus cernatur κεκραμένη illa τῆς λέξεως μεσότης. Apparet enim eius in recessus si quis se insinuare velit, ei generatim totum Euripidis sermonem ita perscrutandum esse, ut rhetorices et Prodiciae institutionis vim indaget et urbani sermonis indicia colligat, inprimis autem figurati sermonis ambitum, deinde comprehensionum rationes, significationes ac thesaurum vocabulorum illustret et quae nova tam in canticis quam in diverbiis ille protulerit, singulatim enarret. Haec autem omnia si pari diligentia complecti vellem, quum de diversissimis rebus quaestionem oporteret iusto ampliorem institui, finibus angustioribus me continui. Partem igitur suscipiendam ratus vocabulorum thesaurum ita pervestigare statui, ut quae poeta e superioribus potissimum Aeschylo ac Sophocle traducta suopte ingenio novisque inventis aucta propagaverit, in ordines digesta deducerem. Quod negotium postmodum magis etiam circumscripsi, quaeque Euripides aliis debuisse videtur, eorum delectum institui, sic ut auctarii instar certissimas voces exhiberem nunquam aut raro post Euripidem usurpatas, ad alteram autem quaestionis partem, quae ad verborum fabricam spectat, intentiore studio incumberem. Haec enim ut plurimum confert ad intelligendum illud Dionysii, ita post labores eos, quos Aeschylo et Sophocli doctorum hominum industria navavit, consimilem operam poscit, quo clarius

---

1) Huic testimonio succedant Aristot. Rhet. III, 2, 5 et observatio Longini c. 40 de numerosa compositione.

patescat, quid singularis triumvirorum illorum sollertia in campo latissime patenti disseminarit.

Euripidem, cuius bibliothecam identidem risit Aristophanes Ran. 943, 1409, ut aliorum poetarum opera ita Aeschyli inprimis tragoedias lectitasse, nisi aliunde sciretur, probaret spectabile vocabulorum agmen ex fabulis *κομποφακελορρήμονος* poetae a *στωμυλιοσυλλεκτάδῃ* citra exspectationem assumtum. Ex Sophocle autem quae receperit et an omnino multa, quum non minimus numerus sit vocabulorum praeter hos duos aut nusquam repertorum aut rarissime apud posteriores, vereor ut possit ubique probabiliter expediri: ego gravissimorum conspectum dedisse satis habeo. His igitur accedunt Euripidea secundum amplissimorum lexicorum inprimis Thes. Par. fidem non ausim dicere indubiam collecta, quorum quum alteram partem efficiant, quae nusquam praeter Euripidem leguntur, alteram quae non ante eum, illa ut a dubitatione libera manerent, ipsius rei ratio poposcit, haec autem saepe molestum laborem pararunt, interdum etiam irritum. Congerere enim quaecunque Euripide primo auctore dicuntur, licet non modo tragicam sed ne poeticam quidem inventionem sapiant, immo post eum a scriptoribus iuxta ac poetis tum supparibus, tum posterioris et infimi aevi non aliquoties sed creberrime repetantur, temeritatis potius quam accurationis fuisset; quocirca, ut par erat, ea tantum in iudicium vocata sunt, quae poeticum colorem certe aliquem duxerint, a posterioribus autem modice recepta sint pro totius scilicet inventionis Euripideae natura et indole. Ad hanc enim iure referas, quod etiamsi imitationem non minus certam quam amplam agnoveris, habebis tamen, quae utrum tragici ingenio an linguae usui tribuenda sint, vix dicas. Imitatio autem illa statuenda est de duabus causis: primum quum Aeschylea ponderosa certe vocabula exceptis pauculis talia essent, ut nonnisi tragoediam decerent, Euripidis contra longe plurima suavitate quam gravitate insigniora — sentias et in his *τὸ στρογγύλον* — adeoque tum universae poesi tum vel scriptoribus opportuna fuere; deinde quem poetam ob sententiarum copiam ac novitatem certo scimus omnibus temporibus omnium usu

contritum esse, ex eius sermone a lectoribus permulta decerpta esse ac partim consulto partim fortuito expressa, facilis est suspicio. Quos inter qui primarium locum tenet Aristophanes,[1]) quum refertus sit paradoxis, phrasibus, vocabulis Euripideis, censendus est etiam quando non in ipsa Euripidis verba iocetur, huius inventis usus esse praesertim ubi tragoediae stilum affectat; nihilominus pars remanet Euripidi cum Aristophane communium vocabulorum altius credo repetenda neque tamen a me neglecta. Herodotum autem omnino mitto, neque Thucydidi certi quicquam placuit, oratores item perpauca adsciverunt ex poeta oratorio, Xenophon aliqua sed fere incerta, Plato non plura sed certiora; hunc Aristoteles superat, Aristotelem Theophrastus. Tragici minores, si ex fragmentis capere coniecturam licet, hoc quoque nomine Euripidis perquam studiosi[2]) fuerunt. Omnino autem videris ante Alexandrum Magnum lectum cupidius quam compilatum esse Euripidem; post illius demum tempora accidit, ut cum studio succresceret imitatio, quae ut ambitu fere infinita, ita sane maxima fuit in Plutarcho[3]) et Luciano; neque postea coepit flaccescere, immo cuiusvis generis scriptoribus probata (ex Patribus Clementem Alexandrinum, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum affero) ad ultima usque Byzantinorum[4]) tempora viguit. Scriptoribus poetas antestare consentaneum est: ex Alexandrinis Callimachus et Apollonius nonnulla, item Nicander et Manetho quaedam depromserunt, plura Oppianus is, cui Halieutica debentur, in usum suum vertit, paucula nonnisi Cynegeticorum auctor, plurima Lycophron. Porro in Orphicis permulta insunt et plurima quidem in hymnis: nimirum fieri non potuit, quin qui talia conscribillaret, grandem undique adiectivorum inprimis molem congereret. Neque Quintus et Coluthus prorsus carent Euripideis; sed hos omnes qui longe exsuperat Nonnus circiter triginta Euripidis inventa adoptavit gnaviter Baccharum praecipue fabulam expo-

---

1) vid. Bernhardyi Histor. Litt. Gr. II, 2. p. 202. 2) vid. eundem II, 2. p. 47 et p. 356. 3) vid. eund. II, 2. p. 360. 4) Vix attinet meminisse Eustathii.

lians; [1]) tum qui Anthologiarum poemata cecinerunt, non sine magno suo fructu accesserant ad Euripidem; postremo vel exsanguis Byzantinorum poesis sat multa indidem delibavit, velut Theodorus Prodromus et Constantinus Manasses cupide se ornare his solent exuviis. In tanto agmine lectorum, qui hortulos suos inde irrigarunt, mirum non est, quod ex octingentis circiter et quinquaginta vocabulis — mitto enim cetera allata sed minus certa — quingenta nonnisi cum ipso auctore ceciderunt, reliquorum alia semel bisve repetita sunt, alia saepius. [2]) Ceterum singulae fabulae hoc quoque nomine admodum discrepant, neque tamen statuendum est, quod suspicetur forsan aliquis, quae priore tempore actae sint, eas copia conspicuas esse, ut paucitate, quae ad posteriora tempora pertineant: immo vero ut in Alcestide ac Medea paucissima leguntur, ita in Bacchabus plurima: certam igitur regulam si frustra secteris, hoc duntaxat iure posueris Euripidem, quum Aeschylus nusquam pepercerit ingenio, se aliquo modo composuisse ad argumenta, qui, ut unicum exemplar subiiciam, in depingendis ἄθλοις Ἡρακλέους Herc. fur. v. 348—440 sollertiam suam comprobare non praetermitteret. Iam si ex inventorum numero ordinare velis fabulas, Phoenissae ac Bacchae primo loco ponendae erunt, a quibus nonnisi paullum recedunt Orestes, Iphigenia Aulidensis, Iphigenia Taurica, Hercules furens, tum Ion, Helena, Troades insequuntur cett., claudunt agmen Alcestis, Medea, Heraclidae. In fragmentis pro amplitudine legi non multa: scilicet qui poetam excerpse-

1) Hanc non minus argumenti gratia lectitavit vid. Bernhardyi Hist. Litt. Graec. II, 1. p. 335. Ceterum quem adeo ceperant lumina orationis, ab eo haud raro vocabulorum opificis munus susceptum esse, ut exspectandum erat ab hominis ingenio, docuit nuper in programm. gymn. Krotoschin. Assmus „scholae Nonnianae": nec dubium est, quin mirabilis fere vocabulorum copiae, quae superiorum poetarum usu probata non sunt, pars bona ipsi epico iniungenda sit. 2) Quae apud solum Euripidem apparent, simplici asterisco insignivi, quae apud posteriores duobus: incertis quibusdam nil addidi. In citandis versuum numeris secutus sum editiones Nauckianas tam integrarum fabularum quam fragmentorum.

runt ‚sententiis densum [1]) et eum, cuius ‚singuli versus singula testimonia putabantur', [2]) adeo fuerunt γνωμιδιῶκται, ut quum sententiolarum farragine gauderent, parum ad ea attenderent, quae nove dicta praesertim fuerunt in canticis. Nimirum cantica et anapaesti ab iambis et trochaeis vincuntur inventorum numero, ponderibus ipsos utique vincunt. [3]) In iambis rursus ἀγῶνας antecedunt ῥήσεις ἀγγελικαί. Quae in canticis et anapaestis leguntur, insignivi addita littera ‚c.' et ‚an.' Sunt etiam nonnulla, quae simul in carminibus ac diverbiis occurrunt. — Praeterea examinavi Rhesi fabulam: quam qui composuit, tum Aeschylea nonnulla, Sophoclea, Euripidea recepit nusquam praeterea obvia, tum ipse nove dictorum partimque audacter fuit artifex; haec, ut par erat, seposui. Postremo tragicorum minorum fragmenta adii, ut, quantum quidem per fragmentorum exilitatem liceret, quomodo hi rem gesserint, dici posset; neque tamen ultra Chaeremonem progredi placuit. Nomina propria non attigi, quamquam adiectiva nonnulla in solo sunt Euripide, ut Μυκηνίς Orest. 1246, Πριαμίς Orest. 1481, Hel. 1158 al., neque quae ad dialectos pertinent collegi, velut ad Aeolicam ἔροτις El. 625, ἐπιζαρέω Phoen. 45, Rhes. 441, πεδαίρω Herc. fur. 819, 872, Phoen. 1027 c., Rhes. 372 c. His statim addo dilatata duo adiecta paragoge ionica: γαλήνεια* Iph. A. 546 c. Hel. 1458. Herc. fur. 402 c. et ἐναύλειον* Hel. 1107 c., vid. Lob. Paralip. I, p. 322 et 324. — Tragoedia quum hoc iure antiquitus frueretur, ut ornandae orationis gratia vocabula inveniret, in eundem finem contrariam viam ingressa est admissis scilicet obsoletis: neque interdum, quae non Graeca sunt, respuit. Iam Dionysii illud de Euripidei sermonis μεσότητι quum ad has quoque glossas me delegaret, nolui harum indicem adiungere, qui me nunc in inventis tenere vellem; illud autem pro certo affirmo hac licentia mediocriter Euripidem usum esse, [4])

---

1) vid. Quint. X, 1, 68. 2) Cic. Epp. XVI, 8. 3) His comprobantur quae docet Bernhardy Hist. Litt. Graec. II, 2. p. 373. 4) Adscribo pauca: κέλωρ Androm. 1034 c. quod non praetermisit Lycophron, κεγχρώματα Phoen. 1386, προνώπιον saepius, ῥίπη El. 210 c.

qui ne aptissimo quidem loco peregrinis vocabulis aditum patefecit, Phrygis dico monodiam (Orest. 1369—1502) barbare se egisse ac sensisse cum ridiculo angore fatentis at nil propemodum loquentis barbare. — Sed ad indicem transeo.

CAPVT I.

DE NOMINIBVS.

Nomina (*ὀνόματα*), a quibus incipio, bipartito, ut par erat, divisi. Sunt enim aut simplicia aut composita: illuc aperte referenda sunt tam primitiva (verbalia) quam denominativa. Sed addo parasyntheta, quandoquidem composita, unde adiectis terminationibus ducuntur, instar simplicium sunt.

A. De Nominibus simplicibus.

§. 1. Nomina substantiva.

1. Verbalia. Chorum ducat primae declinationis suffixum abstractis plerumque reservatum $\overline{\eta}$ $\overline{(\alpha)}$ ad stirpem accedens, quae formatio erat pristino tempore satis usitata; neque Euripides, qui superiorum poetarum pauca nonnisi adoptavit ut Homericum *βληχή* Cycl. 48 c. 59 c. et Aeschyleum, siquidem est, *καταφθορά* Choeph. 212, Ion. 1237 c., Polyb., hac terminatione prorsus abstinuit, nisi quod quae finxit, non a simplicibus sed compositis verbis deduxit, ut *ἀμφιπτυχή* * Ion. 519, *διαπτυχαὶ* * *δέλτου* Iph. T. 727, *γραμμάτων* 793, *ἀναρπαγή* * Hel. 50, *ἀνανομή* * frgt. 748 Hesychio *ἀναδασμός*, *εἰσδοχή* ** El. 396, Etym. M. p. 133, 23, *κατακονή* * Hipp. 821 c. Hesychio *διαφθορά*, quod ad *καίνω* vel *κέκονα* pertinet [1]) vid.

Phoen. 1168, de quo vid. Lobeck. Rhemat. p. 264, et alia. 1) Scholiasta neque minus Eust. 381, 22 dubitant utrum *κατακονᾷ* (*ῥηματικῶς*) an *κατακονά* legendum sit, quarum lectionum priorem praebet Etym. M. 50, 23: verbo, quod nullum est, nisi ad coniecturam refugeris, ne locus quidem erit; substantivum recte se habet: *ἀβίωτος* (sic legendum) non *ἀβιωτοποιός* est, sed omnino *vitae expers.*

Lobeck. Rhemat. p. 121 et 260, Cobet. Var. lectt. p. 322, *διαρροή* ** Hec. 567, frgt. 97; Dio Cass. 39, 41 de Oceano; quibus ut Euripideum addo *περιπτυχή* ** Suppl. 815 c., *ναύλοχοι περιπτυχαί* Hec. 1015, *τειχέων περιπτυχαί* Phoen. 1357, *ἡλίου περιπτυχαί* Ion. 1516, Aristoph. Av. 1241 ex sermone tragico praeter dubium, poeta ap. Athen. III, 107 E. Sed ceterorum, quae apud Euripidem primum leguntur, vix quicquam huic debetur, velut *μεταδρομή* Iph. T. 941 et *περιδρομή* Hel. 776 Xenophonti usitata sunt, *ἐκτροφή* frgt. 319 inprimis Aristoteli, Straboni, aliis; *μετατροπή* Androm. 492 c. Hippodam. habet apud Stob. floril. 98, 71 et Plutarchus, *ὑπαλλαγή* Hel. 294 Theophrastus C. Pl. II, 19, 6 al. ne accersatur grammaticorum terminus; neque Rhesi auctor in his se exercuit, quoniam *εἰσδρομή* 604 apud Thucyd. II, 25 obvium est. Apparet igitur Euripidem pauca nonnisi derivantem e compositis, qui certe minor conatus est, Aeschylo longe inferiorem esse a verbis simplicibus compluria repetente. (vid. Todt. De Aeschylo vocabulorum inventore, Halis 1855 p. 6.) Recentiora primae declinationis suffixa tria habes abstractis item propria: *εια, σια, μη.* Quae omnia quum respuerit Aeschylus (vid. Todt. p. 6), Euripides primum nonnisi admisit, nam quae habet in *σια* exeuntia, denominativa sunt; quippe omnino rariora constat esse verbalia in *σια*, ut *θυσία, δοκιμασία, ἀσπασία.* Terminatio *εια* continet quae prono cursu a verbis in *ευω* proficiscuntur, ut *ἱππεία, δεσποτεία, ἀλαζονεία, λοχεία* (Iph. T. 382) paroxytona omnia: qualia quum circiter quindecim in Euripide reperiantur, horum ipse formavit duo, siquidem solus dixit: *βραβεία* * *diiudicatio* Phoen. 450, unde Hesychium correxerunt, et *παρθενεία* * Heracl. 592, Troad. 980, Rhes. 927. —

Alterius declinationis terminatio *ος* actionem exprimens quo paucioribus stirpibus adiuncta est, eo graviore conatu Euripidi placuit in *ἄγορος* * Iph. T. 1096 c. El. 723 c. Androm. 1038 c. Herc. f. 412 c., frgt. 136 scholiastae *ἀγορά*, Hesychio *ἄθροισμα, στρατὸς ἢ καὶ δημηγόρος* vid. Lob. Prol. Path. p. 7., neque tam *actionem convocandi* quam *ipsam contionem* exprimit. Simili conamine natum est *μόμφος* * frgt.

634 i. q. *μέμψις* ex Euripide allatum ab Antiatt. Bekk. A. G. p. 107, 19 et ut Euripidis notatum ab Aristoph. Byz. apud Eust. od. p. 1761, 39, ubi Nauckius pro *μομφόν* recte restituit *μόμφον*, citat Hesych., ceterum vide Meinek. Com. II, 376. Tertium quod adscribo *ἀνακέλαδος*[1]) * Orest. 185 c. item in carminibus occurrit proprie syntheton, quum verbum non inveniatur. Satis vulgaris est, quae prae ceteris actionem significat, terminatio $\overline{\mu o\varsigma}$ praegressae consonantis potissimum sibilantis amantissima. Euripides omnino habet fere triginta, ex quibus ad Aeschylum redeunt: *ὀλολυγμός* Orest. 1137, *διωγμός* Orest. 412, Iph. T. 1435, Herc. f. 889 c., *φλογμός* Suppl. 831 c., 1019 c. Hec. 474 c., *σταλαγμός* Ion. 351, *ταραγμός* octies in Euripide *ταραγμούς* aucupante tragico. Ipsius sunt: *σφαγιασμός*** El. 200c. Plut. Ages. 6, *δραγμός*** Cycl. 170, Quint. Smyrn. I, 350, *κτενισμός* ** El. 524 *pectinatio*, Oribas. p. 304, Achm. Onirocr. p. 32, 19: porro duo apud Euripidem primum leguntur: *νασμός* ** Hec. 153 an. Hipp. 225 an. 653 *latex*, Lyc. 706, Anth. VI, 287, 7 (quod nescio an non Euripideum sit, quum Hesychius et aliunde accusativum afferat et formam *ναθμούς* explicet *τὰς χοιράδας. τάσσεται καὶ ἐπὶ τῶν σπημόνων* [a *νήθω*]) et *κεκραγμός* ** Iph. A. 1357 Plut. Mor. p. 654 F (in quo reduplicationem non miretur qui similium meminerit *κέκραγμα* Aristoph. Pax 637 et *κεκράκτης* Equ. 137.) Affertur a Photio, Phrynicho 337, et tanquam Atticum a Moeride p. 226, ut dubitatio subnascatur, sitne ex Euripidea fabrica repetendum. Sed Euripidis est *κελευσμός* * Suppl. 701, Cycl. 653, Iph. A. 1130, Ion. 1346, Bacch. 1089 (a *παρακελεύω* deductum Thucydides et Xenophon habent). Postremo praetermittere nolui *μυχθισμός* Rhes. 789, Hippocr. p. 203 A. 206 B. — Declinationis tertiae remotioribus quibusdam suffixis aut prorsus abstinuit aut modice usus est, velut satis rari $\overline{\tau\upsilon\varsigma}$ (Lob. Paralip. p. 439) nusquam exemplum reperi; adscivit autem Homerica duo: *κλιτύς* saepius et *ὀρχηστύς* Cycl. 171; rarioris

---

1) Lobeckius Paralip. p. 385: 'Omninoque substantiva in $\overline{o\varsigma}$ exeuntia, quae a verbis primitivis ducta actionem significent, perrara sunt: *μετάμελος, ἀνακέλαδος, ἀνάπαλος*'.

autem et inprimis glossematici $\overline{\sigma\tau\iota\varsigma}$ quod unicum huc refero: λῇστις Cycl. 172, Soph. Oed. Col. 584 et Crit. ap. Ath. X, 432, fortasse a neutro tragicorum profectum est.

Terminationem $\overline{\omega}$ amplexatus est in δοκώ * El. 747 *opinio* vid. Lob. Rhem. 319. Suffixum $\overline{\delta\omega\nu}$ ante quod sicubi radici in consonam exeunti additur aut brevis ut in σηπεδών, τυφεδών, μελεδών aut longa vocalis inseri solebat, ut in ἀχθηδών, χαιρηδών (vid. Curtium De format. nom. graec. p. 50) simplici vocabulo adnectere non ausus est Euripides, at composito semel: συναλγηδόνες * Suppl. 74 c., quod si συναλγοῦσαι explicandum erit, egregium habebis terminationis ad personam detortae exemplar.

Euripides ut in obsoletarum terminationum usu parcissimus ita recentiorum frequentatione insignis est, qui et omnino satis saepe posuit substantiva in $\overline{\sigma\iota\varsigma}$[1]) [habet enim ad nonaginta, ex quibus ἔνοσις Troad. 1328, Bacch. 585 c. Hel. 1363 c. Hesiodeum est, δύνασις Androm. 484 c. Ion. 1012, Herc. f. 776 c. Pindaricum; Sophoclea φύλαξις frgt. 379, Eur. Hel. 506 et ἐπάρκεσις Oed. C. 447 c., Hec. 758 (ubi nunc ἐπάρκεια legunt)] et terminationi huic, quae in deliciis fuit Thucydidi,[2]) compluries indulsit: ξένωσις * Herc. f. 965, quod Thes. Paris. editores vertunt *hospitalitas:* parum recte, est enim *peregrinatio*, βάκχευσις ** Bacch. 357, Plut. Mor. p. 1089 E, ἐπαίνεσις * Troad. 418, δίδαξις * Hec. 601 Gregor., δέξις * Iph. A. 1182, ῥοίβδησις * Iph. A. 1086 c. *de cantu pastorum*, ὑποτάσεις * πεδίων Bacch. 748 i. q. πεδία ὑποτεταμένα; εἴςοψις * El. 1085; neque minus Euripideum habeo κρύψις ** Bacch. 955, Plut. Mor. p. 417 E, quod postmodum apud astrologos pariterque rhetoricos inclaruit Aristot. Rhetor. I, 12, quum in Euripide κρύψει σὺ κρύψιν eodem natum sit artificio, quo supra δέξιν δεξόμεθα.[3]) Sed ἤλυσις ** Hec. 67 an.

---

1) Aeschylus ut plurimum talia quatuor progenuit (Todt. p. 6.) 2) Thucydidem permulta habere doceant quae cum Euripide communia habet cursim collecta, ut ἀξίωσις, ἄθροισις, βούλησις, ἐπιτήδευσις, ἐνθύμησις, εἴςβασις quae licet augere aliis. 3) Etsi enim aperte graeci sermonis est substantiva cum verbis eiusdem stirpis iungere,

Herc. f. 1041, Phoen. 844 vid. Lob. Phryn. p. 701, Hesych. et Suid., quum iam Herodotus II, 123 περιήλυσιν dixerit animarum migrationem, rectius linguae usui quam Euripidis ingenio tribuas; neque ἧξις Troad. 396, ubi nunc ἵξις legitur, an Euripideum sit, satis constat, quamquam esse ἀντὶ τοῦ ἄφιξις Antiatt. Bekk. A. G. p. 99, 4 testimonio adfirmatur, in quo vixdum superest inventio, postquam πάρηξις praeiverat Aeschylus Ag. 534.[1]) — Ex Rheso excerpsi unicum: ἄησις * 417 *flatus.* Ceterum haec omnia in diverbiis occurrunt.

His igitur transactis, quae ambiguum est quoad omnino tragoediam deceant, ingens accedat examen neutrorum in $\overline{\mu\alpha}$, quibus ornamentorum instar usus et in cunctis fabularum partibus adeo delectatus est Euripides, ut magistrum Aeschylum si quo alio hoc certe nomine aequipararet. Simul qui post eum sequebantur, huius sedulo vestigia presserunt, ut vel in curtis posteriorum tragicorum fragmentis Euripidis χαρακτῆρα agnoscas.[2]) Iacet enim terminatio haec in significationum quarundam confiniis, quum et actionem exprimat et actionis instrumenta et quae fiunt actione et personam, in quam transit actio et, quamquam rarius, agentem: ac personis quidem libentissime attribuit Euripides; actionem autem hoc suffixum alia quadam ratione ac cetera proponit; neque enim δίωγμα plane idem esse crediderim quod est διωγμός: immo vero hoc, quantulumcunque est, discriminis statuam, ut δίωγμα et similia non

---

nescio tamen an paulo cupidius talia affectaverit pro sermonis indole Euripides; neque non sentis interdum Aristophaneos ἐπῶν γωνιασμούς: praeter vulgaria enim vid. Lob. Paralip. p. 505 seq. multa dixit nove; quumque δέξις et κρύψις huic artificio debeantur, in promptu est suspicio, deberi etiam συνάντησις Ion. 534: τὸν συναντήσαντά μοι — τίνα συνάντησιν; de quo dubito paullisper, nam et Hippocratem et multos postea habere lexica tradunt: non mirum profecto, dignius enim scriptoribus est quam tragico vocabulum. 1) Mitto cetera si qua primum leguntur in Euripide, ut ἐπικούρησις Androm. 28 Plat. Leg. XI, 919 B. al. 2) Ceterum inferiorum temporum tam poetae quam scriptores quasi pruritu talia excogitandi laborarunt: quae quam usitata fuerint Euripidis aetate si minus certum, illud profecto certissimum videatur personas hoc suffixo ab Euripide quasi dedita opera notari.

tam abstractam actionis notionem exprimant quam unum et quasi certum actionis exemplum; quod si plerumque convenit — probe enim scio, quam saepe talia usus linguae ludificetur, — indidem huius suffixi indolem magis poeticam esse iure suspiceris. Ceterum hoc moneo, minime raro fieri, ut notionis vixdum fines circumscribere possis, quoniam ab altera ad alteram quasi ipsum transitum sibi haec inprimis versatilis terminatio vindicat, cuius in Euripidis fabulis omnino plus ducenta et quinquaginta exempla sunt. Ex Aeschyleis, ut paucula quaedam, velut *ἄθυρμα* frgt. 274 ex Homero, *κήλημα* Troad. 893 ex Ibyco, *χόρευμα* Herc. f. 891 c. El. 875 c. Bacch. 132 c. Phoen. 655 c. Ion. 1474 c. ex Pratina sumpta cursim praemittam, longe uberrimam messem fecit. Ad Aeschylum enim refero haec, quorum non pauca cum Euripide fere emortua sunt: *οἴμωγμα* Aeschylus saepius, Eur. Bacch. 1112, *πρόσφαγμα* Agam. 1237, Eur. Hec. 41, Iph. T. 243, 458 an. Troad. 628, Alc. 845, *δέργμα* Pers. 82, Eur. Hec. 1265, Hipp. 1217, Phoen. 660 c., 870, Med. 187 an. et al., *ὕλαγμα* Ag. 1631, Eur. Iph. T. 293; porro a verbis puris *γήρυμα* Eum. 569, Eur. frgt. 629, *δάκρυμα* siquidem est Aeschyli, vid. Herod. VII, 169, Pers. 134, Eur. Andr. 92, *λόχευμα* quod quum Aeschylo sit *pariendi actio* Ag. 1371, eadem significatione posuit Eur. El. 1124 sed ea, ut *foetus* sit Herc. f. 252, Or. 997 c. Phoen. 803 c. 816 c. 1019 c. Iph. A. 285 c. Ion. 921 c. frgt. 362 obviam in Anacreonteis 54, 19; *πόρευμα* Eum. 239, Eur. Iph. A. 300 c., Herc. fur. 978 (ubi alii *τόρευμα*); denique a puris contractis *μόρφωμα* Ag. 873, Eum. 412, Eur. Hel. 19, frgt. 185, al., *πύλωμα* Sept. 406 et 799, Eur. Hipp. 808, Hel. 789, Phoen. 1113, Ion. 79, *πένθημα* Choeph. 432, Eur. Suppl. 1035, si vera est Dindorfii coniectura; ultimum quod addo *φρούρημα* Eum. 706, Sept. 448, Eur. Ion. 511, El. 798, quum in Soph. Aj. 54 legatur, ad Sophoclea vocabula me traducit, de quorum dominio molesta lis est. Collegi haec: *ἄμυγμα* Aj. 633, Eur. Androm. 828 c. Hesych., *ὑπαγκάλισμα* Trach. 540 *amplexus*, sed de persona quasi ulnarum gestamine Eur. Troad. 757 Hel. 242 c. Ion. 1338, *κτέρισμα* Oed. C. 1416, El. 434, 931, Eur. Hel. 1391, Troad. 1249, Suppl. 309, *θησαύρισμα*

Phil. 37, Eur. El. 497, Ion. 1394, verum etiam Democrit. ap. Plut. Mor. p. 500 D. et al.; plura a verbis puris et contractis: δεξίωμα Soph. O. C. 619 i. q. δεξίωσις, sed Eur. frgt. 326 *id quod comiter accipitur*, κήδευμα Oed. R. 85, Eur. Or. 477, 795, Med. 76, Plat. Legg. VI, 773, νύμφευμα Oed. R. 980, saepissime Euripides: Troad. 420, Phoen. 1204, Androm. 20, 193, 987, El. 1261, Iph. A. 832, Iph. T. 365; Lyc. 935, 1136; θάκημα Oed. Col. 1160, 1180 *sessio*, sed 1380 *sedes* ut Eur. Ion. 492, δίσκημα Soph. frgt. 348, Eur. Troad. 1121 an. de persona, λάτρευμα Trach. 357, Eur. Iph. T. 1275 c. *ministerium*, sed *minister* Troad. 1106 c., δούλευμα Antigon. 752, Eur. Ion. 748 de persona, sed Orest. 221 *servitus*, τύμβευμα Antigon. 1202 *sepulcrum*, sed Eur. Ion. 933 ex more suo de persona i. q. *cadaver*, ἐμπόλημα Trach. 538, Eur. Cycl. 137, Theophr. Char. VI, 4, οἰκούρημα Phil. 688, Eur. Heracl. 700, Hipp. 787, et de persona Orest. 926, προςφώνημα Oed. C. 891, Eur. Alc. 1147 et al. Ultimum adiungo ex Rheso 499 κρότημα Soph. frgt. 827 utrubique de Ulixe. Nunc ipsius Euripidis thesaurum aperiam. Excerpsi igitur plus octoginta vocabula, quorum circiter quadraginta apud Euripidem solum leguntur; reliquorum longe plurima ita comparata sunt, ut de Euripidis inventione dubitatio esse nequeat; in perpaucis titubabit iudicium: haec sub finem adiiciam. — Redeunt igitur primum ad verba in ζω: ἅρμοσμα * Hel. 411 *compages*, ἄσπασμα ** Hec. 829, Iph. T. 376, El. 596, Troad. 1187 *amplexus* Plut. Mor. p. 608, Lucian. Amor. c. 53, Anthol. Pal. IX, 562, 3, Philo, ἕδρασμα ** frgt. 307, schol. Soph. El. 1393, Philo, Patres; εὔασμα ** Bacch. 129 c. 151 c. *bacchantium voces*, hymn. Orph. 53, 8; λάκισμα ** Troad. 497 [1]) Hesych. et Suid. ex Greg. Naz., sed λώτισμα * Helen. 1593 Zonar. *de iuvenibus, qui sunt πρῶτοι καὶ ἐκλεκτικοί*, ut αἴκισμα ** Phoen. 1529 c. de *corporibus mutilatis*, quum *mutilatio* sit in Lys. or. in Andoc. 224 (igitur in oratione dubia) [2]); ξάνθισμα ** frgt. 324 *coma flavens* vel *capillorum tinctura*, sed vix de instru-

---

1) Certum poetae ῥακιοσυρραπτάδου inventum, vid. inpr. Aristoph. Acharn. v. 410 sqq. 2) vid. Sluiter lectt. Andocid. p. 106: ‚forte auctor

mento, Paul. Silent. in Anth. Pal. V, 260, 3, *οἴκτισμα* * Heracl. 158, *οἰώνισμα*** Phoen. 839 Dio Cass. 37, 24, Herodian. I, 14, 3 et alii, *πόντισμα* * Hel. 1548 *quod in mare effunditur*, hic de *libaminibus* audacter profecto, *στόλισμα*. ** Hec. 1156 *vestimentum*, Eust. 298, 46, *στόχασμα* * Bacch. 1205 *iaculum*, *τύκισμα*** Troad. 814 c. Herc. f. 1096 et ex verissima Iacobsii coniectura frgt. 124, a solo Lycophr. 349 adamatum.[1]) A verbis in $\overline{\zeta\omega}$, quae non dentalia sunt sed gutturalia, produxit: *αἴαγμα* ** Phoen. 335 c. 1519 c. Alc. 873 c. Hel. 186 c. Eust. bis in explicando Aiacis nomine, lexicogr., *ὀλόλυγμα* ** Heracl. 792 c. *vociferatio* Rhian. in Anth. Pal. VI, 173, 3, Orph. Hymn. 13, 6; *παῖγμα* * Bacch. 161 c. *lusus*, Photio *παιδιά*; addo etiam *βάσταγμα* ** Suppl. 767 Plut. Mor. p. 59 B, Ioseph. A. I. VI, 9 (activo sensu posteriores); porro a verbis in $\overline{\sigma\sigma\omega}$: *περίπτυγμα* * Ion. 1391 de *ἀντίπηγι εὐκύκλῳ*, *πρόςπτυγμα* * Orest. 1049 *quod amplectimur*, hic de Electra; actionis significationem duo retinuere: *ἄραγμα* ** Cycl. 205, semel Soranus, et *τάραγμα* ** Herc. fur. 907 c., 1091, Dionys. A. R. VIII, 52; sed *διάλλαγμα*** Hel. 586 Dionys. A. R. VII, 64 potius est *simulacrum Helenae personam referens*, ut *ἀντάλλαγμα* ** Orest. 1157 *id quod dato aliquo redimitur* Socr. ep. 18, 14, LXX et in N. T. (ubi *pretium*) lexicogr.; unicum est a verbo in $\overline{\sigma\kappa\omega}$: *ἐκδίδαγμα* * *κερκίδος* Ion. 1419 *tirocinium*, igitur fere instrumenti significatione; his accedunt *καταδρύμματα** *ῥυσὰ σαρκῶν πολιῶν χειρῶν* Suppl. 51 c.[2]) *laceratio*, quum simplex non inveniatur; *κάταργμα* ** Iph. T. 244 *quod victimae consecrandae inservit*, Plut. Thes. 22 *primitiae*; *ἐξύφασμα* ** El. 539, Greg. Nyss. I, 227 B, *ἀμφίβλημα* ** Hel. 423 Phoen. 779 *vestimentum*, Hel. 70 *moenia*, Nonn. Ioh. 21, 40. Aret. 57, 41, Hes. Magna vis est exemplorum a verbis puris descendentium: *ἅγνευμα* * El. 256, Troad. 501 retenta notione abstracta; *βάκχευμα* **

---

ab aetate Dem. Phal. non longe fuit remotus'. vid. etiam Ruhnk. Hist. crit. or. Graec. p. 50. 1) His addere forsan licet *νώτισμα* * apud Nauck. adesp. 455, a Valcken. Diatr. p. 201 relat. ad Eur. Oedip.; erit id „quo quis *νωτίζεται*". 2) De duobus genitivis vid. Bernhardyi Syntax. p. 163.

bacchatio Bacch. 40, 317, 567 c., 608, 720, 724 Troad. 367, Cycl. 25, Plut. Mor. p. 609, vit. T. Gracch. c. 10 (utroque loco alludens ad Eur. Bacch. 317) Luc. Tragodop. v. 281, *ἐκπαίδευμα* * Cycl. 601 *alumnus* quemadmodum dixit *παίδευμα* pari significatu, *ἐπικηρύκευμα* * Med. 738, *ἑρμήνευμα* * Phoen. 470, Herc. f. 1137, Androm. 46, *ἡγεμόνευμα** Phoen. 1492 c. scholiastis *προηγήτειρα* vel *ὁδηγήτρια* vel *ἡγεμονεύουσα*, igitur de persona agente, *κόρευμα* * Alc. 178 *virginitas*, quo non contentus addidit alterum *παρθένευμα* * Ion. 1472 significatu praecedentis, Phoen. 1268 *studia virginea,* at vel texturam suam, quam olim virgo confecerat, Creusa Ion. 1425 *χρόνιον ἱστῶν παρθένευμα* nuncupat, *ὀρφάνευμα* * Herc. f. 546 *orbitas*, deductum a verbo Euripideo, *ἵππευμα* * Iph. T. 1428 et frgt. 114 c. (apud Aristoph. Thesm. 1066 in parodia) *μνήστευμα* * Phoen. 580, Hel. 1514, *πρεσβεύματα* ** Supp. 173, Rhes. 936 *legati*, Plut. Timol. c. 9 et Mor. 541 C. *legatio* (ubique plurali), *προπόλευμα* * [1]) *δάφνας νεηθαλές* Ion. 113 c. de quo vid. infr., *καλλίστευμα* ** Phoen. 215 c. *pulchrae primitiae* (de Phoenissis) Orest. 1639 *pulchritudinis exsuperantia* ut vertunt in Thes. Par., Lyc. 1011, *μάγευμα* ** Suppl. 1110 Plut. Consol. ad Apoll. p. 110 C. Eurip. verba afferens, idem Erotic. p. 752 C, *φόνευμα** Ion. 1495 c. de Ione infante exposito; *βάκτρευμα** Phoen. 1539 c. Hesychio et scholiastae cuidam *ἔρεισμα*, vel *ὁδηγία* alii; vel *nixus* igitur, vel ipse *baculus* sensu instrumenti, cui simillimum est *θαλάμευμα* * Bacch. 120 c. nil nisi *θάλαμος*, neque *θαλαμεύω* nisi apud sequioris ordinis scriptores legimus, *νύχευμα* * Suppl. 1136 c. *pervigilium*, (quae vitiosae librorum scripturae *λυχευμάτων* emendatio est). Sequuntur a verbis puris contractis formata sat multa: *δόκημα* * Herc. f. 111 c., 771, Troad. 411, frgt. 361 et ex Hermanni ac Porsoni coniecturis Iph. T. 176 an. *omne quod videtur tantum, opinio*; *εὔνημα* * Ion. 304 *coniugium*, *θρήνημα* * Or. 132, El. 215, Hel. 174, *λύσσημα* * Orest. 270, *μαρτύρημα* * Suppl. 1204, *ναυστόλημα* * Suppl. 209 *navigatio*, *πόνημα* ** Iph. T. 165 c. de *melle tanquam apium opere*, Anth. Pal. IX, 166,

---

1) Verbum *προπολεύω* apud solum Photium legitur.

et ita de opere litterato bis terve apud infimi ordinis autores velut Eust. p. 2 de commentario suo, πυρπόλημα * Hel. 767 *incendium*, προςωφέλημα * Med. 611 Eust., προςηγόρημα * Suppl. 802 c. *is quem alloquimur*, ut hic de necatis filiis, προςφόρημα * El. 423, αἰώρημα ** Hel. 353 c., Orest. 983 c., Suppl. 1047 (κουφίζω αἰώρημα vid. Lob. Aj. v. 1285) recurrit in Anth. Pal. IX, 58 et alibi, ἀπάντημα** Orest. 514, Patr.; porro iterum quatuor de personis usurpata: συγκοίμημα * Androm. 1273 a Peleo dicitur Thetis, στύγημα ** Orest. 480 Orestes a Tyndaro, Babr. f. 95, 62, schol. Nic. Ther. 9 et schol. Apoll. Rh. IV, 446 (explicans στύγος)[1]) ἕλκημα * Herc. fur. 568, *quod trahitur, praeda*, ἀπέχθημα* (a stirpe amplificata) Troad. 425 i. q. μῖσος de homine; μέλλημα ** Iph. A. 818 *cunctatio*, Aeschin. p. 64, 4, Plut. Nic. c. 21, χλίδημα * Iph. A. 74, Hesychio χλῖδος, *pretiosa vestis*, θοίναμα ** Orest. 814 c. et de persona Ion. 1495 c., Posidon. ap. Ath. IV, 153 B.; μέτρημα ** Iph. T. 954, Ion. 1138, Polybio adamatum. Pauciora sunt verborum in $\overline{o\omega}$, velut ἐξόγκωμα* Herc. f. 1332 *tumulus*, πέτρωμα ** Orest. 442 *lapidatio*, aliter neque ex Eur. Pausan. VIII, 15, 1, γαύρωμα ** Troad. 1250 *gloriatio*, unde Aristid. II, 394, κύκλωμα ** Phoen. 1185 non *rotatus*, ut vertit Thes. Editor, sed vel *rota* vel ipse *rotarum radiis districtus Ixion*, Bacch. 124 c. unde citat Eust. de tympanis: ex Euripide deprompserunt Diod. III, 36 de serpente trahente gyrum, Agatharch. ap. Phot. Bibl. p. 455, 37 de rhinocerote pugnante cum elephanto. Ultimum addo σήκωμα * El. 1274 proxime accedens ad θαλάμευμα, quum nil sit nisi σηκός: neque quo referam, in promptu habeo, quoniam ad σηκόω verbum vixdum apparens pertinet nonnisi σήκωμα *momentum*, quod item primum apparet apud Eurip. Heracl. 690. Perlustratis quae Euripidea sunt si non vere saltem verisimilter, superest, ut addam, de quibus difficilius arbitrium sit praesertim cum paribus vel supparibus Euripidi communia. Praemitto Thucydidea duo: ἄγγελμα Or. 876, Iph. T. 1184, Troad. 711,

---

1) Scholiastae hi quibus se adiungit schol. Arati multa depromserunt ex Euripide.

Heracl. 660, 789, Thucyd. VII, 74, Herodian. VII, 6, 11, *σκύλευμα* Phoen. 857, 1475, Ion. 1145, Troad. 18, 1207, El. 314, Rhes. 593, Thucyd. IV, 44, Eust., quorum utrumque certe in deliciis est Euripidi. Non minus impedita sunt cum Aristophane communia haec: *κελάδημα* Arist. Nub. 283 de fluviorum strepitu, Eur. Phoen. 212 c. de Zephyro,[1]) *τρύφημα* Iph. A. 1050 c. de Ganymede Iovis deliciis more Euripideo, quo sensu usurparunt posteriores, sed in fragmento Aristoph. apud Poll. VII, 95, 7 est muliebre ornamentum; *θώπευμα* Suppl. 1103, Aristoph. vesp. 563, Plut. Mor. p. 823 C.; *δίδαγμα* autem Aristoph. Nub. 668 ac postea Xenophonti et Platoni non inusitatum vix quidem invenit Euripides sed certe nova posuit significatione siquidem frgt. 293 *χρόνον* dixit *ποικιλώτατον δίδαγμα* multiplicem *magistrum*, igitur de persona agente, *τύρευμα* autem El. 496, Cycl. 162, 190 i. q. *τυρός* proprio significatu posuit, quod translate ut sit *παλάμημα* praeter posteriores (vid. Phryn. ap. Bekk. 60, 20) Aristoph. dixit siquidem fidem habemus Eust. Il. p. 620, 10. — Ex ceteris nescio an iure vindices Euripidi: *ὁμίλημα* ** frgt. 218, Plat. Legg. V, 730 B, Lucian. Amor. 25, *κτύπημα* Androm. 1211 c. Critias ap. Sext. Emp. 563, 30, Dio Cass. I, 17, *ἑστίαμα* Iph. T. 387, metaph. Plat. Leg. XI, 935 A, *κούφισμα* Phoen. 848 *allevamentum*, Plut. Mor. 114 C. Theod. Prodr. p. 246 et ut taceam de *κάθαμμα* Hipp. 671 c. quia Hesych. et Suidas proverbium afferunt: ‚*κάθαμμα λύεις*,' inprimis *ἄχημα* ** quod Elmsleius ad Heracl. 752 Euripidi reddidit a Philone et Patribus usurpatum, Iph. A. 1045 c. quum aliam formam *ἰάχημα* habeas Herc. f. 884 c., Anth. Pal. VI, 165, nisi hic quoque restitueris *ἀχήματα*. Videsis: haec difficile est absolvere, sed supersedeo examinare residua *αἴσθημα*, *δόξασμα*, *θήρευμα*,

---

1) Nil dixerit si quis nonnisi propterea quod Nubes 423, Phoen. olymp. demum 92 actae sunt, Aristophani attribuerit: nam ut dicam quod sentio de omnibus quaecquae in Aristophaneis nunc prius apparent quam in Euripideis fabulis, sane nolim haec indubitanter iniungere Euripidi, sed crediderim tenendum esse quantus Euripideorum thesaurus in tot deperditis fabulis sepultus sit, deinde quam multa comici ex tragicis petierint et quam nil hi ex illis.

ὅπλισμα, ῥίνημα, ἐπίχαρμα, quae etsi non ante Euripidem reperiuntur, ab Euripide profecta esse aliquanto minus probabile est. — Accedunt tamen ex tragicorum minorum fragmentis tria: παραφλόγισμα * Achaei frgt. 7 *quod ad ignem ustum est* (ex dramate satyrico); ἀντεύφρασμα * Agathon. frgt. 29, quod Gramm. in A. Bekk. p. 407, 5 et Suidas explicant: τὸ ἐναντίον τῇ εὐφροσύνῃ, neque verbum est, unde ducatur; τιθήνημα * ἔαρος ῥόδα Chaeremon. frgt. 13 *alumnus*, non dissimile Euripideis.

Terminatione τρον non ita saepe usus est, sed assumsit tamen Aeschylea duo: κόμιστρον Agam. 932, Eur. Herc. fur. 1387 et στέργηθρον Prom. 493, Choeph. 238 — quod etiam schol. Soph. Antig. 650 — Hipp. 256 an. Ipse, ut ἔνοπτρον mittam, duo produxit: ἔκμακτρον * ποδῶν El. 535, θέλγητρον ** ὕπνου Orest. 211, Athen. V, 220 F, Orph. Lith. 309, 528 al., Hesych., quum Sophocles dixerit θέλκτρον Trach. 585.

Neutrorum, quae affixa terminatione ος gignuntur, alia denominativa sunt, (ut ὄξος, μῆκος, βάρος et quod Euripides admisit Phoen. 851, Alc. 500 αἶπος ex Hermanni sententia)[1]) alia verbalia; in illis abstracti sensus inest; haec notionem adsciscunt eam, ut non longe recedant a neutris in μα. Verbale igitur est, quod Soph. frgt. 159 habet τρέφος quodque Nauckius coniectura probabili Euripidi restituit frgt. 393. Euripides quod unicum finxit: πέσος * Phoen. 1299 c. item verbale est, dictum de occiso et in terram procidente cadavere.

Personae agentis suffixa et plura sunt et diversa tam pondere quam usu. Antiquatis Euripides plane se subtraxit: velut terminationem ις in perpaucis ut μάντις, λάτρις usu sancitam neque vero evitatam ab Aeschylo (vid. Todt. p. 9) prorsus subterfugit. Idem statuendum de alterius declinationis suffixo ος in epicis quibusdam ut ἀγός, ἀρχός vid. Buttmann. Uber. Gr. II, §. 119 et Lob. Paralip. p. 135 paucisque praeterea residuo. Ceterum huic vel Aeschylus valedixit (vid. Todt. p. 8.). Porro neque satis nota terminatio ευς ab Euripide radicibus annexa est, qui vix novavit διαφθορεύς Hipp. 682, quum

---

1) Cui assentitur Lobeck. Rhem. pag. 307.

certe suo conatu dixerit ἡ διαφθορεύς: neque σκαφεύς El. 252 ei debetur, quod ex linguae usu sumtum esse licet ut rariorem formam non Alcmanis frgt. 67, cui iure ademit Bergkius, sed Archippi ap. Poll. VII, 148 et Phryn. in Bekk. A. G. 62, 3 [1]) testimonia docent, inprimis vero ipsius suffixi indoles, quod certis quibusdam actionum generibus inprimis publicis destinatum non ita in poesi habitasse consentaneum est: suntque revera vix quindecim in Euripide exempla fere omnia vulgatissima. — Redit igitur quaestio ad suffixa tria, $\overline{\tau\eta\varsigma}$, $\overline{\tau\eta\rho}$, $\overline{\tau\omega\rho}$: quorum $\overline{\tau\eta\varsigma}$ ut tritissimum saepius obvium habes: Homericum est ἀσπιστής Ion. 198 c. Herc. f. 1194 c., Iph. A. 1069 c., El. 444 c., in hymn. Mercur. 56 est ἡβητής [2]) Heracl. 858, frgt. 324, Anth. Pal. VII, 627, Callim. L. P. 109; Pindaricum (Pyth. IX, 214) ἱππευτής Herc. f. 408 c., Aeschyleum παρασπιστής frgt. 296 Eur. Phoen. 1165, El. 886, Cycl. 6, saepius postea, et, si Aeschyli est, λοχαγέτης (a λοχαγέω) Sept. 42, Eur. Phoen. 974, 1093 Suppl. 502; Sophocleum denique συνεργάτης Phil. 93, Eur. Hipp. 417, Andr. 476 c. Bacch. 1146, al. Euripidis sunt: μεριμνητής* Med. 1226, Hesych. ex Euripide, πορθητής** Troad. 213 c. Lyc. 524., Philostrat. ep. 29, ἐγγελαστής* Hipp. 1000, ἐκδικαστής* Suppl. 1152, ἐξεριστής* Suppl. 894, κομιστὴς* νεκρῶν Suppl. 25, Androm. 1268, Hesych. accus. plur. ἐπιμελητάς interpretatur; βαδιστής** Med. 1182 *cursor*, schol. Oppian. Hal. I, 305, de equo tolutario, poster., ἐπεισβάτης* Hel. 1550, (alterum ἐπεμβάτης Suppl. 585, 685, Bacch. 782 praeripuerat Anacreon apud Heracl. Alleg. p. 17) παρεργάτης* λόγων Suppl. 426 *inutilium sermonum opifex*, κτίτης* Orest. 1621 a κτίω vid. Lob. Paralip. 428, θηραγρέτης** Bacch. 1020 c. [3]) (quasi a θηραγρέω,

---

1) Alia signific. apud Harpocrat. s. v. μετοίκιον, i. q. σκαφηφόρος. 2) Iunctum cum τύπος, quemadmodum haec proprie quidem substantiva in $\overline{\tau\eta\varsigma}$ saepe adiunguntur substantivis. 3) Dativum praetulerim cum Elmsleio, quia si ideo, quod in venando Bacchabus praeest Bacchus, dicatur θηραγρέτης Βακχᾶν, haec vereor ut auditorum quisquam recte intellexerit. Pentheus autem quum dicitur θηραγρέτης Βακχᾶν, fit secundum familiarem tragoediae abundantiam pro ἀγρευτὴς Βακχᾶν.

quod si legeretur ducendum esset a *θήραγρος* quod est in Ionis frgt. 40) Anth. Pal. VI, 184, cui proximum accedit Aristiae inventum frgt. 3 *μαζαγρέτας**, quod qui ad *ἀγείρω* referunt falluntur, quum pertineat ad *ἀγρέω*; tum *ἀρχέτας** El. 1149, frgt. 775 c. *θρόνος* Heracl. 753 c. (verbale est, *ε* enim copulandi gratia insertum, vid. Curtium De graec. nom. form. p. 16, Lob. Paralip. p. 434, 447), *εὐνέτης*** Orest. 1392 c. El. 803, 1141 c., Med. 159 c. ubi fuere qui scriberent *εὐνήτης*, (Hesych.) Lyc. 174, 820, Anth. Pal. bis, *συνευνέτης* ** Hipp. 416, Androm. 208, Hel. 1292, Iph. T. 524, Med. 240, Byzant. interdum, Suidae et Photio *σύγκοιτος* (vid. Curtium l. c. p. 5.). Ex Rheso accedunt: *καρανιστὴς* * *μόρος* 817 (Aesch. Eum. 185 *καρανιστήρ* habet), *προπότης* ** *θίασος* 361 c. *convivium cum propinatione*, *προυξερευνητής* * 296. — Alteram terminationem *τηρ*, quam et paullo antiquiorem priore in *της* (vid. Curtium l. c. p. 35) et poetis omnino usitatiorem esse constat, Euripides omnino quidem non raro habet (equidem viginti et quinque exempla animadverti), sed rarius quam exspectaveris stirpibus adiungere suscepit. *λυτήρ* et *λευστήρ* quae fortasse non finxit Aeschylus Sept. 940, 199 in Euripide leguntur El. 136 c., Troad. 1039; tum quod Soph. habet Aj. 965 *ἀσπιστήρ* quodque Nonnus [1]) et Oppianus talium studiosissimi assumsere, Euripidi placuit Heracl. 277. Ipsi sex iniungo: *ὀνειδιστὴρ* * *λόγος* Herc. fur. 218, *ἀναψυκτήρ** frgt. 135, *κομιστήρ* ** Hec. 222, Plut. bis, *προηγητήρ* * Bacch. 1159 c., frgt. 813; *ἀκοντιστήρ* ** Phoen. 140, Oppian. Hal. V, 535, Nonn. Dion. ter, Christodor. ecphr. 359. His statim addo *ἀγροτήρ* * El. 463 c., quamquam id a Curtio p. 36 denominativis accensetur. — Ex Ionis frgt. 36 sequatur *μεταλλακτὴρ* * *χροός* *versicolor*. — Non plura terminatio tertia *τωρ* genuit: *ἡγήτωρ* Med. 426 c. Homericum est, *κτίστωρ* Ion. 74 fortasse Pindaricum (vid. Aristoph. av. 926) nec postea rarum, Aeschylea *ποινήτωρ* El. 23, 268 et *εὐνήτωρ* Androm. 1041 c. Herc. f. 27, 97, Ion. 913 c. Euripidis: *ἐκπορθήτωρ** Suppl. 1223, *διαδέκτωρ*** *πλοῦτος* Ion. 478, Manetho IV, 223, *θοινάτωρ***

1) Sententia mea comprobata est indice vocabulorum Nonnianorum, quem composuit Assmus loc. cit.

Ion. 1206, 1217, Nonn. Ioh. VI, 54, Anthol. Pal. VII, 241, *συνθοινάτωρ* * El. 638, *προγεννήτωρ* * Hipp. 1380 c., *δυνάστωρ* * Iph. A. 280 c. (in loco adulterino). Ceterum moneo huius suffixi omnino viginti circiter in Euripidis fabulis exempla exstare. — Verum syllabarum τηρ et τωρ usus non raro cancellos egreditur et ad res etiam designandas transit (exempla vid. ap. Curtium l. c. p. 34.). In his actio non erit, nisi quam instrumenti posueris. Quo significationis transitu tanquam argumento utaris non eadem ei, qui suopte ingenio vocabula fingat, licere atque linguae usui: nam quo certiores rerum, quae oculis cernuntur, imagines oculis inhaerent, eo quasi stabiliores appellationes sunt eoque maioris audaciae est, si quis vocabulo a se excogitato res illas insignit. Quare dubito, num Euripides ex inventione sua dixerit *ποτήρ* * Alc. 756, Cycl. 151 (Hesych. *μέτρον ποιόν*) *poculum* non *potatorem*. Ut igitur significatione distant suffixa, ita formatione, si quidem ευς, της, τηρ adhaerescunt etiam nominibus ut aperte in *τραπεζεύς*, *πολίτης*, *φυλέτης* et ex Curtii sententia in *ἀγροτήρ*. In Euripide legi *ποιμνίτης* ** *ὑμέναιος* Alcest. 577 c., Poll. VII, 185. (vid. Lobeck. Prol. Pathol. pag. 375.). Haec igitur transitum parant ad

2. Denominativa. Ut absolvantur quae modo enarravi, statim procedant femininae formae personam in actione occupatam notantes et a masculinis deductae. Suffixum τειρα apparet in *συλήτειρα* * Herc. f. 377 c., *θρέπτειρα* ** Troad. 195 an. Anth. Pal. V, 106, Lyc. 1258, Oppian. Hal. II, 680, Coluth. 314 et in Hymn. Orph. interdum; *συγγενέτειρα** El. 746 c.: *κλεινῶν ἀδελφῶν* de Clytaemnestra, igitur *consanguineorum illustrium genitrix* (Heathio fuit: *σὺν πόσει γενέτειρα*) quum sensus flagitet: *illustrium fratrum germana*; sed vix ausim existimare ab Euripide *συγγενέτειρα* sensu *σύγγονος*, *συγγενής* admissum esse. His sunt, qui quartum adiiciant *ἀγρότειρα* * *αὐλή* El. 168 c. ex Plut. Lys. 15 receptum, quod ut tueatur Seidlerus scilicet ut non de persona dictum, *πίειρα* et *εὐπατέρεια αὐλή* at parum forsan recte comparat. — In τρια duo exeunt: *μορφώτρια** Troad. 437, et *πενθήτρια** Hipp. 805 *praefica*; in τις: *προδότις*** Hel.

840, 937, 1162 c., Androm. 630, Med. 1232 (unde forsan Aristoph. Thesmoph. 393); συνεργάτις** El. 100, Philo, Theod. Prodr., al., συνευνέτις** Androm. 908 *coniux*, Anth. Plan. 182, 8, et alii. Porro certe primus dixit: εὐεργέτις** Alc. 1058, Iph. A. 1447, ὑπηρέτις** Iph. A. 322, προφῆτις** Ion. 42, 321, quae Plato Legg. X, p. 896 B, Polit. p. 305 C, Phaedr. p. 244 A, (in quo plura insunt Euripidea), tum Diodorus, Lucianus, Philo, Plutarchus aliique repetiverunt. Ex Rheso 965 accedat ὀφειλέτις* *debitrix*. Quae si quis pauca censuerit, is meminerit feminina formata esse novato interdum genere, velut dixit Euripides: ἡ διαφθορεύς Hipp. 682, ἡ βραβεύς Hel. 703 et alia vid. Lob. Paralip. p. 274. Ceterum unicum locale ab Aeschylo mutuatus est: δενδρῶτις Aesch. frgt. 46, 6, Eur. Herc. f. 790 c.

Alia Aeschyli vestigia quum non presserit Euripides, virium tamen experimentum fecit in femininis in ‾ας, quas tam formatione quam significatu longe discrepare docet Lobeckius Prol. Path. p. 439 seq. Has ut ipse adamavit admodum, ita nonnullis ditavit sermonem. Missis quae dicta sunt insolentius,[1]) in limine pono: συνδυάς* Alc. 473 c.: τοιαύτας εἴη μοι κῦρσαι συνδυάδος φιλίας ἀλόχου, quod utrum sit *coniugium* an *coniux*, nescire se fatetur Lobeckius Prol. Path. p. 441. Interpretes surda sunt oracula; mihi, quam Lobeckius suscitat, ea quaestio videtur esse, utrum συνδυάς substantivum an adiectivum sit. Si quis argumenti loco ponere velit δυάς (a δύο ut a σύνδυο συνδυάς) ei erit substantivum, ut Euripides *duplicitatem* dixerit, qui vellet *unitatem*. Porro suo periculo Bacchas vocavit ποτνιάδες* Bacch. 664 itemque Eumenidas Orest. 318 c. quod vocabulum duce Curtio (l. c. p. 9) interpretor πότνιαι,[2]) quae ut σεμναί sollemnis fuit Eu-

---

1) Quae a numerali derivantur, substantiva solent esse; sed in Rheso est πόλεις μυριάδες dictum in modum Aeschylei φύσις μυριάς, ib. 534 c. est μηνάς = μήνη vid. Lob. Prol. Path. 452. 2) Interpretum quorundam opinio ποτνιάδες pertinere ad Πότνιαι urbem quandam Boeotiae, mero debetur scholiastarum errori: hi quum πῶλοι Ποτνιάδες Phoen. 1124 seq. allata de Glauco fabula recte interpretati essent, non dubitarunt nomen proprium ad Orest. 318 transferre id,

menidum appellatio; de *χαλκεμβολάς* infra dicetur; sed addo *στολάδες** 1) *οἰωνοί* Hel. 1480 c. *aves peregrinabundae*, quod aperte adiectivum item ut *λυσσὰς*** *μοῖρα* Herc. fur. 1024 c., quod postea apparet in Timothei verb. ap. Plut. Mor. p. 22 A, Manetho V, 338, Anth. Plan. 289, 6 al. Sed *συνδρομάδες πέτραι* Iph. T. 421 c., de quo vid. Lob. Prol. Path. 440, ex linguae thesauro sumtum esse docet Poll. X, 24: *ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις πέπραται ... καὶ θύραι συνδρομάδες.* Neque *γυμνάς*** Troad. 448, Hipp. 1134 c. frgt. 106 et *nudus* et *exercitatus*, quod in Luciano demum et in Anthologia recurrit, femininis reservatum immo masculinis ac femininis commune 2) est. Neutrorum suffixa sunt $\overline{\tau\eta\rho\iota o\nu}$ (a $\overline{\tau\eta\rho}$) adiectivis finitimum et $\overline{\epsilon\iota o\nu}$, quae ambo non raro sunt localia. Illud Euripides quinquies, ni fallor, adscivit: *νυμφευτήριον** *λέκτρων* Troad. 252 c. *coniugium*, *σχετήριον** 3) *λιμοῦ* Cycl. 135 *famis remedium*, *χαλινωτήρια*** *νεῶν* Hec. 539 *funes navales* Oppian. Hal. I, 359, Nonn. Dionys. III, 20; *οἰκητήριον*** Orest. 1114 *domicilium* Lyc. 376, Plut. saepius (adiective Alcaeus com. ap. Poll. X, 11.), *θυτήριον*** Iph. T. 243 i. q. *θῦμα*; quod *θυματήριον* Phot. p. 98, 21 et Eust., et *θυσιαστήριον* Arat. 402. Cum Sophocle communia habet: *εὐναστήριον* Trach. 920, Or. 590, quum Aeschylus habeat *εὐνατήριον* Pers. 160, et *ἐκλυτήριον* O. T. 392, Phoen. 969. — $\overline{\epsilon\iota o\nu}$ bis apparet: *λοχεῖον** Iph. T. 1241 c. *locus natalicius* et *Θετίδειον** Androm. 20 *templum Thetidis*. Porro parasyntheton est *βουφόρβιον** (a *βουφορβός* ut Aeschylus a *ποιμάνωρ*

---

credo, agentes ut Eumenidas furentes introducerent: sed falsi sunt. De eorum sententia, qui a *ποτνιάω* deducunt, vid. Curtium l. c. p. 9. Phoenissarum loco nom. propr. est, sed et Baccharum et Orest. appellativum. Ceterum Hesychio sunt *αἱ Βάκχαι, ἀντὶ τοῦ μαινάδες, καὶ λυσσάδες μανίας αἴτιαι.* 1) Xenophontem Anab. III, 3, 20, nil dubito mittere, nam etsi *σπολάς* (vid. Lob. Prol. Path. 442, 11) in usu fuit, illud tamen potuit invenire Euripides. 2) Ceterum ex Homero est *μηκάς* Cycl. 189. Sine dubio Pindaricum est *ποντιάς* Pind. saepius, Hecub. 444 c., cum Soph. commune *μανιάς* Aj. 59, Eur. Orest. 270, 327 c. vid. Lob. Paral. p. 262. 3) De eo, quod Hesych. habet *σχητηρίαν ἄγκυραν* desperat Lob. Paralip. 428, 39.

duxit *ποιμανόριον*) Alc. 1031, Iph. T. 301 *grex*: at, quod non semel fecit, alteram impertivit invento significationem, quum frgt. 489 sit locale sicut *ἱπποφόρβιον* El. 623, quod vice versa *grex* est apud Herod. IV, 110, Xen. Hell. IV, 6, 6.

Abstracta suffixis pluribus producuntur; feminina terminationis $\overline{\sigma\upsilon\nu\eta}$ auxilio vid. Lob. Prol. Path. p. 230 seq. Hanc Aeschylus tragoediae gravitati parum congruam habuit, quamquam neque ab Homero atque Hesiodo neque a lyricis spreta erat. Ab Aeschylo ita recessit Euripides, ut, etsi non habuit in deliciis (fere ad viginti exempla reperi), minime tamen ipse ea abstinuerit vid. Lob. p. 232. Nonnulla aperte Homerica sunt ut *δουλοσύνη* Phoen. 192 c. Androm. 110 c., *μαντοσύνη* Iph. T. 1278 c. et inprimis *τοξοσύνη* Androm. 1194 c., *τεκτοσύνη* Androm. 1015 c., *ἱπποσύνη* Or. 1392 c. (schol. *ἱπποστάσιον* exuta igitur abstracti notione, de qua interpretatione vid. Lob. Path. 239, quum nunc *ἱπποσύνᾳ* scripserit Hermannus). Hesiodus suppeditavit *δυςφροσύνη* Troad. 597 c; Sappho ap. Athen. XV, 687 A: *ἁβροσύνη* Orest. 349 c. (quod etiam Xenophani restituerunt ap. Athen. XII, 526 A); Aeschylus, quod unicum excogitavit, *πημοσύνη* Prom. 1058 an., Eur. frgt. 902 an. Euripides finxit: *ἀμνημοσύνη* ** Ion. 1100 c., Socr. ep. 14, Porphyr. ap. Stob. Ecl. phys. p. 1036, *ἀπιστοσύνη* * Med. 423 c. *ἀπειροσύνη* ** Med. 1094 an. Hipp. 195 an., Cleanthes in hymno v. 31, tum *καλλοσύνη* ** Hel. 383 c., Orest. 1387 c., Anthol. V, 195, 2 quod poetae inventum habeo, quamquam Diogen. Laert. IX, 13, 48 inter Democriti scripta librum memorat *περὶ καλλοσύνας ἐπέων*.[1]) — Recentioris terminationis $\overline{\tau\eta\varsigma}$, cui Aeschylus omnino valedixit (vid. Todt. p. 11) nonnulla exempla a superioribus mutuatus est Euripides, qui omnino habet quatuordecim: sic *ὠκύτης* Bacch. 1070 et *ἁβρότης* Bacch. 968, Iph. A. 1349 post Pindarum usurpavit et *μαργότης* Andr. 949 cum Sophocle. Alia saltem in tragoediam introduxit, ut

1) Ne quis miretur haec omnia in lyricis occurrere, moneo a trimetri legibus hoc genus omnino abhorrere. — Ceterum pro *καλλοσύνη* dixit *καλλονή* Troad. 977 Bacch. 459, quod adnotavit Antiatt. Bekk. p. 101, 14, fortasse quia Euripides solus ex poetis usurpavit vocabulum, quod scriptoribus inde ab Herodoto satis usitatum est.

κουφότης frgt. 119 c. i. q. *κούφισμα*, post Euripidem satis vulgare et *παλαιότης* Hel. 1056 (Plato saepius, Aeschin. p. 33, 34 posteriores) inprimisque *χρηστότης* ** Suppl. 872 *virtus*, quod Isaeo bis et spectabili posteriorum agmini placuit. At inventionis laude ut Aeschylus ita Euripides carere censendus est. — Ab adiectivis in *ης* substantiva in *εια*[1]) innumera proficiscuntur, quibus unum adiecit Euripides: *πρευμένεια* * Orest. 1323 *benevolentia*. Simili contractione ab adiectivis in *οος* nascuntur substantiva in *οια*: huc pertinet *δύςγνοια* * Herc. f. 1107 *error*. Quae restant suffixo *ια* progenerata, familiarissima sunt Euripidi: *ἀμπλακία* Hipp. 833 c. post Pindarum et Aeschylum dixit, *παγκληρία* Suppl. 14, Ion. 814 (a *πάγκληρος* quod Euripidis est) cum Sophocle frgt. 829; ex Rheso 814 *κακανδρία* addo ut Sophocleum Aj. 1014. Euripidis *πτωχοποιοῦ* sunt: *ἀχλαινία* * Hel. 1282, *δυςχλαινία* * Hec. 240, Hel. 416 *vestis lacera*; tum *ναυστολία* * Androm. 795 c., lexicogr. ex Eur., *οἰκουρία* ** Herc. f. 1373 *domus custodia* Lyc. 1107, Plut. saepius, Philo; *δυςγνωσία* * El. 767 *difficultas cognoscendi*, *δυςδαιμονία* ** Iph. T. 1120 c. Andoc. p. 20, 27, *ὀξυθυμία* * Androm. 728 *iracundia*, *εὐοργησία* * Hipp. 1039, Bacch. 641 *morum lenitas*, quod Euripideum esse affirmat Gr. in Anecd. Bekk. 96, 32, nisi quod falso scriptum est *εὐεργεσία*, ceterum vid. Lob. Phryn. p. 513; *εὐπαιδευσία* ** frgt. 1084 (Euripidis esse testatur Poll. IX, 161 simul ex Critia afferens *εὐσυνεσία*, quod Aristot. habet eth. VI, 10) *eruditio* adamatum a Philostr. p. 510, 17, schol. Apoll. Rh. I, 741, allat. ab Antiattic. 92, 32; *εὐτεκνία* ** Ion. 470 c., Suppl. 66 c., frgt. 775 c. *felicitas ex liberorum proventu*, Aristot. rhet. I, 5, eth. ad Nic. I, 8, Anth.

---

1) Poetae his libentissime substituerunt aequalem terminationem in *ια* (vid. Buttmann. Uber. Gr. T. II. §. 119, 40) ita ut promiscue ambabus uterentur, quum in nonnullis terminatio *ια* vel praeponderaret. Euripides minime pauca habet ut *ὠφελία*, *ἀμαθία*, *αὐθαδία*, *εὐγενία*, *ἀμελία* alia. Idem vero solus, quantum scio, dixit *εὐκάρπεια* Troad. 217 an. (aperte errantibus membranis) tanquam ab *εὐκαρπής*, quum usitata esset forma *εὐκαρπία* ab *εὔκαρπος*, quam non admisit metrum anapaesticum: eadem de caussa frgt. 904 an. non *παγκαρπία* posuit sed *παγκάρπεια*.

Pal. Append. 264, 4; 356, 1 Eust., *εὐμουσία* ** frgt. 184, unde habet Plat. Gorg. p. 486 totum Antiopae Eurip. locum lepide exprimens, postea Plutarch. Mor. p. 903 A, Diog. Laert. II, 136 al.; porro non ante Euripidem leguntur: *εὐτολμία* ** Med. 469, Xen. ep. 2, 2, Plut. de deo Socr. p. 586 B, Polyb., Diod., *φιλανδρία* ** Andr. 229, Plut. V. Hom. 185, Luc. Halc. c. 2, App. ad Anth. Pal. 313, et alibi, *ὑμνῳδία* ** Ion. 682, Hel. 1434 apud inferiores tantum, sed etiam in Inscriptt. Stratonic. ap. Boeckh. II, 483. Cetera equidem non iniungam Euripidi, ut *ἀγλωσσία* frgt. 57, quo Antiphontem usum esse testatur Poll. II, 109, *γλωσσαλγία* Med. 525, Andr. 689 *garrulitas* Poll. II, 108, IV, 185, legitur apud Plutarchum, Athenaeum, Libanium, al., *ἀμορφία* Orest. 391, *μεγαληγορία* Heracl. 356 c., Phoen. 184 c. (de quo vid. infra) et alia: scilicet his vix quicquam frequentius in omnibus Euripidis fabulis invenias. Ex Rheso affero: *νυκτηγορία* ** Rhes. 19. an. *nocturnus nuncius*; *nocturna oratio* apud Liban. IV, 141, 15; *σπανία* 245 c. quod num Rhesi auctori tribuendum sit, haereo; Lobeck. Paralip. p. 362 recte a *σπανός* duxit et adiectivum habuit, ut *ὁσία*, *ὀλβία*, alia, quia Hesych. haec subjicit: *σπανίαν τὴν σπανιότητα, ὡς ὁσίαν τὴν ὁσιότητα*,[1]) legitur Diod. Exc. p. 507, 91. Tertium est *εὐσπλαγχνία* ** 192 *animositas*, apud posteriores *misericordia* vid. Etym. M. 791, 19. —

Deminutiva fingere dedignatam esse tragoediam, quae ne omnino quidem admitteret,[2]) mirum non est. Hic vero monuisse iuvat, quantam vel Euripides operam dederit, ut cum argumentorum diversitate sermo concordaret: qui quum in tot tragoediis nullibi deminutivo indulserit, in uno dramate satyrico non tantum usitatis locum dedit (*ἀνθρώπιον* Cycl. 185, *ἀνθρωπίσκος* 316), verum ipse duo invenit: *δεσποτίσκος* * Cycl. 267 et *Κυκλώπιον* * ib. 266. —

---

1) Photius: *σπανίαν σπάνιν*. 2) Eximenda sunt, quae significationem deminutivam temporum decursu exuerunt, eaque minime pauca, ut *κορηνίς, ἀηδονίς*.

§. 2. Nomina adiectiva.

Adiectivorum suffixa pleraque stirpibus adiunxit Euripides. Suffixum $\overline{\text{ος}}$ quemadmodum substantivis fingendis rarissime ita inservire vidimus, ut ad meram radicem accederet, ita adiectiva simplicia paucissima genuit. Nullum debetur Euripidi, quandoquidem *κομπός* Phoen. 600 *iactabundus*, formatum ut *λοιδορός*, et ex Eur. loco allatum Etym. M. 527, 47 [1]) aliis et omnino in usu fuisse docet praeter alios Hesychii glossa *κομποῖς ὑπερηφάνοις*, ut nil dicam de suffixi indole; ceterum vid. Lob. Paralip. p. 345, 40. Incipio igitur ab adiectivis proprie verbalibus, siquidem his subest inventio. *θηκτός* quinquies obvium dixit praeeunte Aeschylo; solus vel primus: *αἱμακτός* * Iph. T. 645 c., *καθαιμακτός* * Orest. 1358 c., *σφακτός** Hec. 1078 c., *φερτός* * ib. 158 an., *διασπαρακτός* * Bacch. 1220, *ἀμφίβλητος* * frgt. 698, *ἀμφελικτός* ** Herc. f. 399 c. Arat. 378, Dionys. Perieg. 466. al., *διαφόρητος* * Cycl. 344 (vid. Herm.) *κλωστός* ** Troad. 538 c., Ioseph. A. I. III, 7, 1; *ἀγκυλωτός* * Bacch. 1205 *amentatus*, *ἀπόβλεπτος* ** Hec. 355 lexicogr., Poll. II, 58, al., ut mittam *πεπτός*** frgt. 440, quod saepius legitur, et *μαντευτός*** quod Euripides Ion. 1209 primus habet, quum postea non rarum sit. Ex Rheso memoro *χωστός* ** 414, Lyc. 698, Polyb. IV, 61, 7. At *κεδρωτός* * Orest. 1371 c. a *κέδρος* paronymum est, ut ex certissima Hermanni coniectura *βροχωτός** apud Neophr. frgt. 3, ac, modo satis certa et scriptura et interpretatio esset, *δακτυλωτός* Ion. frgt. 1. —

Terminationis $\overline{\text{αλεος}}$ exemplum non inveni, sed Aeschyleum *φοιτάλεος* recepit Orest. 327 c. — Usitatissimum paronymorum suffixum $\overline{\text{ιος}}$, quod contractione non raro in $\overline{\text{αιος}}$ vel $\overline{\text{ειος}}$ transit, tragoediae minus usitatum est nunquam non inusitatius captanti. Euripides protulit *ἀγχόνιος* ** Hel. 686 c. Nonn. Dionys. bis,[2]) *λεπαῖος** Hipp. 1248, Iph. T. 324, Heracl. 394 a *λέπας montanus*, ab adverbio *ἀτρεμαῖος* ** Orest. 147 c., Phoen. 177 c., Ioseph. A. I. bis; porro *μούσειος* ** Bacch. 410,

---

1) Ibi vero quod est *κόμπος*, legitur falso. 2) *μόσχιος* El. 811 ademit Nauckius.

Anth. Pal. IX, 372, 6. Suffixum $\overline{\alpha\iota o\varsigma}$ apparet in ἀντραῖος * frgt. 13 et νησαῖος ** Ion. 1583, Troad. 188 an. Iph. A. 203 c., Arat. 982, Nonn. Dion. II, 456, quod si non invenit (Hesych. habet λίθος νησαίη) libenter tamen adhibuit; $\overline{\epsilon\iota o\varsigma}$ habes in δρακόντειος ** Phoen. 1315 (Lucian. Philops. 24, bis in Anthol. et in Orphicis) neque non in Ionis frgt. 47: πυργείαν σκοπήν. — Adiectiva quae in $\overline{\eta\rho\iota o\varsigma}$ exeunt, activum sensum habent: ἀλεξητήριος Herc. f. 470 post Aeschylum Sept. 8 dixit, cum Sophocle, nisi quod hic neutrum habet, commune κηλητήριος Trach. 575; Hec. 535; novavit δηκτήριος * Hec. 235 *mordax*, πειστήριος * Iph. T. 1053 *persuasorius*, ἀνηβητήριος * ῥώμη Androm. 551 Hes. *repubescens*, πευστήριος * El. 835, Seidlerus θυσία subaudit, sed Nauckius nuper παστήρια[1]) scripsit; ἀρκτήριος * frgt. 698 nisi ex Bernhardyi coniectura ἀλκτήρια τύχης Euripidi restituas, ut ἀλκτήριον, quod apud Nicandr. Ther. 528 et Al. 350, Quint. Smyrn. VI, 364, IX, 271, XI, 424, et Suid. sub ἀλκτήρια λιμοῦ legitur, in neutrorum numero habeatur, quae Euripidi usitata esse supra vidimus.

Suffixo $\overline{\kappa o\varsigma}$ ($\overline{\tau\iota\kappa o\varsigma}$ v. Curtium in gramm. in schol. usum ed. p. 180) insigniuntur adiectiva, quae, si verbalia sunt, facultatem vel dexteritatem exprimunt (ἀρχικός, γραφικός, πρακτικός) sin paronyma, proprietatem ut πολεμικός, φυσικός. Aeschylus haec non tetigit: sed Euripides in πορφυρευτικαὶ ** στέγαι Iph. T. 263 i. e. πορφυρέων et ξυλουργικός ** frgt. 978, quae si quis abiudicet ab Euripide, quoniam Poll. VII, 137 inter similia affert πορφυρευτικὴ τέχνη, Plato Phileb. p. 56 B ξυλουργική, non tamen eripiet tertium αἰχμαλωτικός * Troad. 871. — Difficilius est de significatione, interdum etiam de formatione adiectivorum in $\overline{\mu o\varsigma}$ et $\overline{\sigma\iota\mu o\varsigma}$ pro certo quid affirmare, vid. Curt. ibid. p. 181, neque id fugit veteres grammaticos vid. Lob. Prol. Path. p. 160 seq. Euripidis sunt: κάμπιμος * Iph. T. 81, Hel. 112 *flexus*, non *flexibilis*, ut vertunt in Thes. Paris., quod paronymum est cfr. Lob. Prol. Path. 162; verbalia sunt βακχεύσιμος ** Bacch. 298: τὸ βακχεύσιμον quasi *status bacchantis*, Callistrat. Stat. 8 ex Eu-

---

1) Hesychius: σπλάγχνα τὰ ἐντόσθια, κοιλία.

ripide, ἐρείψιμος* Iph. T. 48 *cadivus*, περάσιμος ** frgt. 1034 *transmeabilis*, Arrian. Exp. V, 9, 8, Scymn. Chius 845, Hymn. in Isim 35, Et. M. 131, 28; unicum est ab adverbio: ἄγχιμος* frgt. 859, quod Euripidis esse confirmat Gramm. in Bekk. A. G. p. 340, 25: neque omnino pauca habet, sed πύριμος frgt. 859 (merus librorum error pro πύρινος, qua forma ipse Euripides utitur frgt. 374), traducit nos ad proximam terminationem ινος, qua aut proparoxytona procreantur, quae materiem, aut oxytona, quae tempus indicant.

Illius ordinis et ex superioribus (Homerica sunt δρύινος Bacch. 1103, ἐλάτινος saepius) et ex linguae usu assumsit nonnulla (ut σχοίνινος Cycl. 208, frgt. 286) et unicum certe ipse invenit: κίσσινος** Alc. 756, Bacch. 25, 177, 363, 702, Ion. 217 c. frgt. 135, Callixen. ap. Athen. V, 197 E, 200 E, 201 C: sed μείλινος * Iph. A. 234 c. non mediocriter sollicitavit interpretes: quod quum alii ad μειλίσσω referrent, non defuere, qui immediate a μέλι ducerent, diphthongo quasi regnante per totam vobabulorum familiam: rursus alii ad coniecturas (μείλιχος, Hermannus μᾶλλον) vel insipientem interpolatorem refugerunt. Certe siquidem omnino tamen ut audacius remanere patet. — Rara sunt omnino adiectiva in ανος, quibus neque Aeschylus ullum addidit neque Euripides, nisi quod Androm. 1013 c. dixit ὀργάναν χέρα (vid. Lob. Prol. Path. p. 184) quod non inventum sed revocatum tantum est scilicet in solo Palladis nomine Ἐργάνη residuum. — Duobus paronymis addita est terminatio ηρος (Lob. Prol. Path. 264): τρυχηρός *[1]) Troad. 496, Hes. Suid. ex Eur., ποιηρός * Cycl. 45 c. 61 c., Bacch. 1048 *herbosus*. — His — inest autem ubertatis significatio — ex Achaei frgt. 7 accedat κνισσηρός * *fumosus*. — Ut substantivum in συνη exiens unum nonnisi Aeschylus progenuit, sic adiectivum in συνος item unicum: sed Euripides, quamquam omnino perpauca habet, tria: κηδόσυνος * Orest. 1017 an. *sollicitus*, μαντόσυνος * Iph. A. 761 c., Androm. 1042 c. *vaticinans*, δουλόσυνος ** Hec. 448 c. Eust. bis, quo duxit vulgatum δεσπόσυνος. —

1) τρυχηρὰ πέπλων λακίσματα sine dubio excogitavit poeta πτωχοποιός.

Adiectiva in $\overline{\epsilon\iota\varsigma}$ repraesentant eum, qui quod primitivum exprimit eo inprimis conspicuus est. Crebra sunt in tragoediis, sed crebriora, credo, in poesi epica: velut, ut *πτερόεις* mittam, *αἰθαλόεις* Phoen. 183 c., *αἰγλάεις* Andr. 286 c., *δακρυόεις* Hel. 231, 336 c., 1110, Phoen. 323 c., *δολόεις* Iph. A. 1527 c., *δινήεις* Cycl. 46 c., *θυόεις* Troad. 1061 c., *ῥοδόεις* Iph. A. 1297 c. aperte Homerica sunt; sed *θανατόεις* Soph. Ant. 1262, Eur. Iph. A. 1287 tragoediae inventum habeo. Omnino in Euripide fere viginti si non plura habes quorum ipse lusit haec: *ξενόεις** Iph. A. 1282 c. *celeberrimus*, *δονακόεις*** *Εὐρώτας* Hel. 209 c. Anthol. Pal. IX, 273, *καλαμόεις* * Iph. A. 1039 c., *πιδακόεσσα*** *λιβάς* Andr. 116 c. (genit. aliunde Hesych.), *δροσόεις* ** Troad. 883 c., quod epicis posterioribus perplacuit, velut Apoll. Rhod. I, 1282, Nonn. Dion. 44, 221,[1]) Tryphiod. 154, 316, Coluth. 343, Anthol. Pal. V, 270 (*χείλεα*).— His adiungo adiectiva in $\overline{\omega\delta\eta\varsigma}$ et $\overline{\eta\rho\eta\varsigma}$ pariter Euripidi probata.[2]) Verum ex tot adiectivis in $\overline{\omega\delta\eta\varsigma}$ — habet enim plus viginti — quamquam sunt sane non pauca, quae primum apud Euripidem leguntur, haec ipsa tamen toties a posteris repetita et omnino ita comparata sunt, ut huc non pertineant, (velut *ἀφρώδης* et *δυσφώδης*). Euripides quod unicum Aeschyleum est (vid. Todt. p. 14.) *ἀνθεμώδης* Prom. 456 vindicavit sibi Bacch. 462. Ipse protulit: *μυχώδης* * Ion. 494 c. *latebrosus*, *λαχνῶδες* ** *οὖδας χλόη* Cycl. 541 *gramine tanquam lanugine tecta humus*, schol. Nicandr. Ther. 762, *πυρσώδης* * *φλόξ* Bacch. 146 c. a *πυρσός*, *στεφανώδης* * *χλόη* Iph. A. 1058 c. *coronae similis* vel *aptus*, solutam formam Eust. ac Procopius receperunt, *βοτρυχώδης* [3]) ** *παρηίς* Phoen. 1485 c. *cincinnis obscurata gena*, Philostr. V. S. II, 5, 1, *βοτρυώδης* ** Bacch. 12, 534 c. *racemosus* [4]) Posidon. apud Athen. XIV, 649 D.,

1) Is ipse plus duodecim nunc primus habet. 2) Quod mihi haud iniuria videor fecisse, quoniam adiectiva quidem in *ωδης* possis omnia attributiva habere duce Curtio Gr. Gramm. § 359, alterum autem genus in $\overline{\eta\rho\eta\varsigma}$ vix dicere, utrum determinativis (*διχήρης*) an obiectivis (*ἁμαξήρης*) propius sit. Ceterum linguae usus in inventis suis suffixorum significationis se interdum prorsus immemorem praestitit. 3) Hanc formam iure restituit Hermannus. 4) Apparet igitur suffixi vim

et praeter alios, ut Dioscoridem, Theophrastus [1]) saepius; *δρακοντώδεις* ** *κόραι* Orest. 236, Plut. ac soluta forma posteriores. Eidem nescio an debeatur *πινώδης*** Orest. 225, Hippocr. bis. — Terminationem *ηρης* ut Aeschylus, sic Euripides adiectivis paronymis fingendis aptissimam habuit, [2]) qualia ad minimum in eo sedecim legi. Recepit Aeschyleum *ἁμαξήρης* Or. 1251. Sat multa ipse genuit: a substantivis quae nata sunt suffixi vim inprimis servarunt (vid. Lob. Prol. Path. p. 266.), ut *τοξήρης* * Alc. 35 an. (*χείρ*), Herc. f. 188 (*σάγη*), 1063 c. (*ψαλμός*), Rhes. 226 c. *arcu instructus*, *λογχήρης* * Iph. A. 1067 c. *hastatus*, *ξιφήρης* ** *χείρ* Phoen. 363, Androm. 1114, Orest. 1272, 1346, 1627, Ion. 1153, 1258, El. 225, Rhes. 713 c. *ensifer*, posterioribus usitatum ut Plutarcho et Herodiano VII, 5, 10, Eust. saepe, Et. M. 611, 11, Suid. Hes., porro *χρυσήρης* * Ion. 157 c. 1154, Iph. T. 129 c., ad quod notissimum invitavit *χαλκήρης*, *λεχήρης* * Phoen. 1541 c. *lecto affixus*, Et. M. 631, 12, *χοῆρες* * *ἄγγος* Iph. T. 960 *vas instructum χοαῖς*; addo *χλοήρει* * [3]) *μίλακι* Bacch. 107 c. Hermannum secutus ex variantibus *χλοηρεῖ* et *χλοηρᾷ* eruentem; porro *πενθήρης* ** Troad. 141 an. *luctuosus*, Clem. Alexandr. p. 17, 10, Ioh. Chrys., Basil.; sed *ἁλιήρης* * *κώπη* Hec. 455 c. scholiasta duce ad

in his saepe prorsus antiquari, quoniam non *εἶδος* indicant, quod exspectaveris, sed ubertatem. 1) Theophrastum intellexi horum amantissimum esse, qui nonnisi ex iis, quae apud Euripidem leguntur, *ἀλσώδης* (quod primum in Euripide) *αὐχμώδης*, *δαφνώδης*, *κολπώδης*, *σκιώδης*, *χιονώδης* habet. Ab hoc proximi medici terminationi huic obsequuti sunt. 2) Ceterum neque Sophocles inventis vacat: *πετρήρης* * Phil. 1262, *κισσήρης* Antigon. 1132, *τυμβήρης* * Antig. 255, 947, Aristoph. Thesmoph. 889: neque posteriores iis carent, quemadmodum Moschion frgt. 7 dixit *στεγήρης* *. 3) Elmsleius quum probaret *χλοηρᾷ*, quod nescio an non abscedat ex Euripideis, quum in solo sit Hippocrate, fecit, credo, non tam membranarum inductus auctoritate, quae nulla est, quam quod sentiret suffixo *ηρης* insigniri, quaequae tum humana ope vel iuncta vel structa vel omnino effecta sunt, tum (sed ita ut possint abesse) natura (*κισσήρης*). Cui quod contradicam nihil habeo, nisi quod tenendum est iam in his ut *πενθήρης*, *φρενήρης* — ne adsciscam ieiunius illud *ὀσμῇ κατῆρες θησαύρισμα* El. 498 — propriam suffixi naturam certe aliquo modo neglectam esse.

ἐρέσσω refertur (vid. Lob. Prol. Path. p. 268.). Sequantur ab adverbio et praepositione ducta duo significatione suffixi retenta: διχήρης * Ion. 1156 *bipertito divisus*, ἀμφήρης ** σκηνή Ion. 1128, ξύλον Herc. f. 243, δόρυ Cycl. 15, Poll. I, 82: vide igitur in his et in iis, quae Et. M. 89, 30 affert, quam sit suffixum versatile. At quod Hesychius habet ‚νῆες ἀμφήρεις' in eo, ut ait ipse, gliscit ἐρέσσω. Adiectivis duo debentur: ἰσήρης ** ψῆφος Iph. T. 1472, i. q. ἴσος, Nicand. Ther. 643 et idem ap. Galen. XII, 383 A; μεσσήρης ** Iph. A. 8. an., Ion. 910 c., Eratosth. ap. Brunck. Anal. I, 228. Haec a primitivis omnino nil differunt. — Ceteris suffixis poeta abstinuit, velut $\overline{\iota\alpha\iota\omicron\varsigma}$ (quod Soph. frgt. 35 in βωμιαῖος habet), quandoquidem νωτιαῖος Eur. El. 841, Lob. Phryn. 556, quum in Platone et Aristotele legatur, item ut a suffixo $\overline{\iota\delta\iota\omicron\varsigma}$ νυμφίδιος Eur. saepius, Aristoph. Av. 1729, Euripidea esse haud crediderim. — Apparet igitur suffixa quaedam ut $\overline{\eta\varsigma}$ (tertiae declinationis) et $\overline{\omega\nu}$ adscita non esse: haec reservata sunt compositis, ad quae nil obest quominus transeam.

§. 3. B. De Nominibus compositis.

Sermonis graeci magnificentiam sitam esse in compositorum copia ac varietate neminem credo lateat. Inprimis autem tragici in campo amplissimo vires exercitaverunt. Quippe non erant nescii tam dignitati quam suavitati sermonis se non posse melius consulere, quam si, quo nondum perrexerat, linguam suopte ingenio adducerent. In qua provincia quomodo post Aeschylum ac Sophoclem Euripides rem gesserit, quae vestigia secutus sit, utrum ubique ad linguae regulas se composuerit an interdum eas migraverit, tum demum certo dicere poteris, quum compositionis omnino rationem cognoveris, ad quam Euripideorum quoque vocabulorum thesaurus exigatur. Hanc recte inventam esse ab Indicis grammaticis quoniam notum est, non dicam pluribus, immo satis habeo genera, quae ad Euripidem pertinent, [1]) attulisse. Sunt autem quattuor:

---

1) Mitto reliqua ut *collectiva* et *adverbia*.

1) Copulativa: haec duobus aut substantivis aut adiectivis (notionibus coordinatis, ut ait Lobeckius Paralip. 367) ita efficiuntur, ut, nisi membra copulativa particula et iungis, solvere nequeas. 2) Possessiva: constant aut duobus substantivis, aut adiectivo et substantivo, aut numerali et substantivo, aut particula vel praepositione et substantivo. Membrum igitur sequens semper substantivum est. In his praecedenti membro definitur quidem subsequens sed ita, ut unica inde nascatur notio. Substantivo, cui adduntur, (sunt enim omnia adiectiva) attribuunt aliquid, plerumque nec vero semper possessionem.[1]) 3) Determinativa: huc redeunt tam substantiva quam adiectiva, in quibus membrum subsequens, quod primarium est, praecedenti nonnisi determinatur, praecedens autem adiectivum est adverbiascens aut adverbium aut praepositio. 4) Obiectiva (rectionis composita), quae determinativis propiora sunt quam attributivis, ut ait Curtius.[2]) In his alterum membrum pendet ab altero, ut, si solvuntur, alterum ponatur casu obliquo. Suspensum membrum aut substantivum est aut, quamquam raro, adiectivum positum substantive, membrum regens aut substantivum aut adiectivum aut verbi stirps, quae in adiectivum transformata est. — Vix opus est, ut disertis verbis moneatur, ultra bina membra non progressum esse Euripidem in componendo, qui vel ea vocabula perraro admitteret, quorum alterum membrum declinabile, alterum ex declinabili et particula conflatum est (ἀπειρόδροσος), neque ea multo saepius, quorum alterum membrum est indeclinabile, alterum ex indeclinabili ac declinabili constat (δυςεξήνυστος). Haec ut pondere ita offensa carent.

§. 4. I. Copulativa.

Euripidem his (vid. omnino Lobeck. Phryn. 304 et 600) fere prorsus abstinuisse vix mirabitur, qui scit, quam pauca

---

1) Quare aptior est G. Curtii appellatio *attributiva*: quum ex. gr. καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ Suppl. 619 c., καλλίχοροι πηγαί Ion. 1075 c. aegre nonnisi possessivis assignentur. 2) In „Erläuterungen zur griech. Gramm." p. 147.

vel Aeschylus habeat, a quo unum nonnisi adiectivum simul cum Sophocle depromsit: *μελαμβαθὴς σηκός* Phoen. 1010, Soph. frgt. 478 *tenebrosus ac profundus; μελαναυγὴς*** *νασμός* Hec. 153 an., quod huc referre videtur Lobeckius Rhem. p. 351, aptius possessivis additur. Sed idem Paralip. p. 367 merito copulativum habet ex Rheso 971 *ἀνθρωποδαίμων*** vel *homo et deus* vel potius *ex homine factus deus* aperte copulativo sensu admissum a Procopio hist. arc. 12.[1])

§. 5. II. Possessiva. (Attributiva.)

Ut sustineatur ordo, quem modo proposui, incipiam ab iis, quae sunt

a. Ex duobus substantivis composita.

Haec si solveris, habebis membrum praecedens genitivo pendens ex subsequente, qui genitivus plerumque est possessivus, interdum vero materiam indicat, ut commode adiectivo explicetur. Verum sunt quae dubitationem iniiciant, utrum attributivis an objectivis adnumerentur. — Homerica duo propono: *ἀελλόποδες κοῦραι* Hel. 1314 c., quod indidem Pindarus habet, et *κυνῶπις* El. 1252, Or. 260;[2]) Pindaricum *χρύσασπις* Phoen. 1372, quod nomen erat partis in Macedonum exercitu vid. Poll. I, 175; Aeschylea: *γυναικοπληθής* Pers. 122 c. Alcest. 952, *χρυσοπήληξ* Sept. 102, Phoen. 939, *χρυσοφεγγής* Ag. 273, Eur. frgt. 781, ubi nunc legunt *καλλιφεγγής; σιδηρόφρων* Prom. 243, Sept. 53, Eur. Phoen. 672 c., cui simillimum accedit ex Sophocle *αἰδόφρων* O. C. 237, Eur. Alc. 659, tum indidem *χρυσόνωτος* Aj. 833, Eur. frgt. 159 nisi quod habet Euripides formam *χρυσεόνωτος*; denique ut incerti auctoris duo propono in Aristophane obvia: *δενδρόκομα ἐναύλεια* Hel. 1107 c., *κορυφαί* Aristoph. Nub. 280 c., et *χρυσόλογχος* Ion. 9, Aristoph. Thesmoph. 318 c. ambo de Pallade. — Ipse dixit suo conatu: *κυκνόπτερον** *ὄμμα*

---

1) Verba sunt: *δαίμονες ὄντες ἀνθρώπειόν τε ἠμπέσχοντο σῶμα καὶ ἀνθρωποδαίμονες γεγενημένοι κτε.* 2) Mitto quae ex Homero una cum aliis, velut Sophocle, petiit Euripides.

Orest. 1386 c. *oloris alas habens* (in loco molesta audacia insigni), λαχνόγυιοι* ϑῆρες Hel. 378 c., ταυρόκρανος** Ὠκεανός Orest. 1378 c., Anth. Plan. 126, 4, schol. Hes. scut. 104, ταυρόμορφον** ὄμμα Κηφισοῦ Ion. 1261 *tauriformis*, ut vertam invento Horatiano, Lyc. 1299, Plut. Mor. p. 364 E, Philo, Clem. Alex., ταυρόπουν* σῆμα πρύμνας Iph. A. 275 c., sed ταυρόκερως** Bacch. 100 c. apud posteriores saepius est Bacchi epitheton ut Euphor. ap. schol. Arat. 173, Orph. Hymn. LI, 2, obvium etiam VIII, 2, Diod. Exc. Vat. 105, Paus. X, 15 al., λεοντόπους* βάσις frgt. 544 nil nisi *pes leoninus*,[1] γυναικόμορφος** Bacch. 855, schol. Arist. Nub. 288, Philo, al., γυναικόφρων* ϑυμός frgt. 364, χιονόχρως** Hel. 216 c. Theod. Prodr., sed χιονόχροος Philoxen. ap. Ath. IV, 147 A; δονακόχλοα* Εὐρώταν Iph. T. 399 c. *arundine virentem* (per metaplasmum a δονακόχλοος),[2] ὑλόκομον** νάπος Andr. 284 c. Epigr. — Septem redeunt ad ὤψ, ut γοργώψ* Orest. 216, El. 1257, Herc. f. 131 c., cuius paraschematistum γοργωπός apud Aeschylum et Euripidem legitur, χρυσώψ* Θύρσος vel potius Ὄλυμπος ex Elmsleji interpretatione Bacch. 553 c., quum χρυσωπός El. 470 habeat et alii post eum, αἱματωπός** Orest. 256, Andr. 978 de *Eumenidibus*, δεργμάτων διαφϑοραί Phoen. 870, Herc. f. 932, frgt. 862, Plut. Mor. 565 C, lexicogr., παρϑενωπὸς** πόσις El. 949, figurat. Dionys. Hal. de comp. verb. c. 23, μαρμαρωπὸς* Λύσσα Herc. f. 884 c., νυκτωπός* Iph. T. 1279 c., ἀστερωπός** vel syncopate ἀστρωπός Phoen. 129 c., ubi versus gratia syncopatam formam praefero, Hipp. 851 c., Herc. f. 406 c., Ion. 1078 c., frgt. 781 c., Critias frgt. 1 (cuius verba Euripidi tribuit Plut. Mor. p. 879 F) transsumtum ex Euripide, ut sentit Valckenarius; ἀστεροειδέα**[3] νῶτα frgt. 114 an. Plut. Mor. p. 933 E., Strab. III, p. 262, cui accedit ἱδροειδής* ex Rhes. 353 c.; φάος apparet in κεραυνοφαὲς* πῦρ Troad.

---

1) βάσις enim *pes* est: a significatione igitur proximum determinativis, neque vero ob duo substantiva ipsum est determinativum. 2) Nisi omnino δονακόχλοον Euripidi reddere malis. 3) Vel his formis vix τὸ εἶδος indicatur; ceterum ἀστεροειδέα uncis sepsit Nauckius.

1104 c., δακρύων ἠλεκτροφαεῖς* αὐγαί Hipp. 741 c., φοινικοφαὴς* πούς Ion. 163 an. *purpurae splendorem habens;* huic proxima sunt φοινικοσκελεῖς* χηλαί Ion. 1207, φοινικόλοφος** δράκων Phoen. 820 c., Theocrit. XXII, 72, Geopon. XIV, 16, 2, Suid., et Hes. ex Euripide; ἀνθόκροκος* πήνη Hec. 471 c. *tela* (quo sensu adamavit Euripides) *ex filo floridulo contexta,* ut recte vertunt Thes. Par. editores, neque enim prius recte intellectum est, λινόκροκον* φᾶρος Hec. 1081 c. in Thes. per inconstantiam sic: „*ex lino factus et croceo colore tinctus,* utrumque enim comprehendere videtur hoc composito:" minime, est enim *ex lino textum velum.* Aeschyleo more fictum est Κενταυροπληθὴς* πόλεμος Herc. f. 1273 i. q. Κενταύρων πλῆθος ἔχων, quum cetera in -πληθης sint obiectiva. Nonnulla a nominibus metallorum suppeditantur: σιδηρόνωτοι* ἀσπίδος τύποι Phoen. 1130, χαλκόνωτος** ἀσπίς Troad. 1136, ἰτέα 1193, Nonn. Dion. X, 388, nisi quod formam hexametro unice idoneam adoptavit χαλκεόνωτος, porro χαλκεγχέων* Τρώων ἄλοχοι Troad. 143 an., Hes. ex Eur., χαλκεμβολάδες* νῆες Iph. A. 1319 c. *aeratum rostrum habentes* (masculini forma poet. lyr. ap. Dion. Hal. d. comp. verb. c. 17 vid. Bergk. lyr. adesp. 120, Plut. Diodor. utuntur, de feminini vid. Curt. De format. Nom. Gr. p. 9); χρυσοκάρανος* δόρκη Herc. f. 375 c., χρυσόμαλλος** quod quum Euripides ut inventum suum habeat Orest. 998 c. El. 725 c., perplacuit posterioribus velut Apollod. I, 9, 16, Diod. IV, 15, Philostr. p. 881, Orph. Arg. 1016, Suid. al. (interdum admissa altera forma χρυσεόμαλλος), χρυσοφαὴς ** ἥλιος Hec. 636 c., Hipp. 1276 c., Plut. Maneth. II, 383, al. His duo affert Rhesus: χρυσόβωλον* λέπας 921, χρυσοτευχὴς* Ῥῆσος 340. — Ex tragicis minoribus pauca collegi: Ion frgt. 40 dixit θαμνομήκης* ῥάβδος et frgt. 68 sed vix suo periculo τὸν πηνέλοπα φοινικόλεγνον**; Chaeremon frgt. 1 κόμαι κηροχρῶτες* *cereum colorem habentes*, de accentu vid. Lob. Paralip. p. 255. — Horum igitur nil recedit a linguae consuetudine, at superest in El. 1345 an. desperatius illud χειροδράκοντες* de *Eumenidibus* dictum: quid hoc vel quo jure id est, quod exspectaveris, nimirum ἐν χερσὶ δράκοντας ἔχουσαι; ceterum neque sufficeret, si habe-

remus, *δρακοντόχειρες*, neque interpretari licet *δράκοντες τὰς χεῖρας*.

b. Ex adjectivo aut numerali et substantivo composita.

Horum, quod mirari vix subeat, uberrima suboles est: quamquam ex undeviginti fabulis ac numerosis fragmentis non plura collegi quam septem Aeschyli tragoediae praebuerunt. Simul tenendum est Euripidem si velut nactus erat, quod ipsi placeret, adiectivum, in eo mirum quantum ingenium exercuisse, contra Aeschylum, etsi minime sprevit ex uno eodemque adiectivo compluria fingere, parcius tamen fecisse pro ingenii varietate. — Non pauca ex superioribus in usum suum Euripides vertit, Homerica haec: *δασύμαλλος* Odyss. IX, 425, Cycl. 360 c., *καλλιπλόκαμος* saep. in Hom., Pind. ol. III, 2, Eur. Iph. A. 1040 c., *ἑπτάπορος* fluvii nomen Il. XII, 20 et Hesiod. Theog. 341, de planetis hymn. Mart. 7, de Plejadibus Orest. 1005, Iph. A. 7 an., Rhes. 529 c., *καλλιρέεθρος* Odyss. X, 107, Hesiod. Theog. 339, Eur. Herc. f. 784 c.; Hesiodea: *ἁπαλόχρους* Op. 517, hymn. Hom. in Ven. 14. al. Eur. Hel. 373 c., *κυανόπτερος* Scut. 393, Eur. Andr. 862 c., *πολύβοτρυς* Hesiod. frgt. 141, Simonid. ap. Athen. IV, 172 F, Eur. Bacch. 651; Pindaricum Pyth. III, 43: *καλλίπεπλος* Troad. 338 c.; Aeschylea: *λευκόπτερος* Prom. 993, Troad. 847 c., Hipp. 753 c., *ὠμόσιτος* Sept. 522, Eur. Bacch. 338, Phoen. 1025 c., *θρασύσπλαγχνος* Prom. 729 adverb., Eur. Hipp. 424, *θρασύστομος* Sept. 612, Ag. 1359, Eur. frgt. 3, *ὀξύστομος* Prom. 675, Eur. Suppl. 1206, *φαιδρωπός* Ag. 700 c. Eur. Or. 894, *μονάμπυξ* Prom. 804 (si est Aeschyli) Cycl. 24, 648, *τρισώματος* Ag. 870, Eur. ter in Herc. fur., *χιλιοναύτης* Agam. 45, Iph. T. 141 c., *δολιόφρων* Choeph. 935, Iph. A. 1301 c., *κραταίλεως* Ag. 666, El. 534, *καλλίπρωρος* Sept. 514, Ag. 221, Eur. Med. 1335, quod unicum est Aeschyli ex *καλός* compositum, quum nusquam magis luxuriatum sit ingenium Euripidis; addo *ὀπισθόπους* Hipp. 54, 1179, quum Aeschylus formam *ὀπισθόπος* habeat; Sophoclea: *ἑπτάστομος* frgt. 701, Eur. Suppl. 401, Bacch.

919, Phoen. 287, τρίκρανος Trach. 1088, Eur. Herc. f. 611, 1277, Corp. Inscr. n. 4121, 5, (cum numeralibus iuncta multa Sophoclem habere docet Weicker ‚De fragm. fab. quae ad primord. art. Soph. referuntur' Halae 1862 p. 28.), porro πολύκωπος Trach. 658, Iph. T. 981, πολύμοχθος O. C. 165, quod affero praesertim quia in deliciis habuit Euripides (vid. Weicker. p. 37) postea minime rarum, κοινόπλους Aj. 872, Eur. frgt. 848, βαρύποτμος Phil. 1085, O. C. 1450, ter in Euripide,[1]) postremo χρυσεοπήνητος Soph. frgt. 384 ex vera Bergkii coniectura, Eur. Orest. 840 c. Anthol. Sed aliunde etiam locupletatum esse Euripidem docent βαρυδαίμων Alcaei frgt. 5, Eur. bis, Aristoph. Eccl. 1102, al. et ποικιλόπτερος Pratin. ap. Ath. XIV, 617, Eur. Hipp. 1270 c.[2]) Nunc locum occupet Aristophaneorum pars ea, quae cui debeatur iudicium nolui interponere: μελανοπτέρυγες ὄνειροι Hec. 71 an., Aristoph. frgt. 452 D, λευκολόφας Phoen. 119 c., nom. propr. ap. Aristoph. Eccles. 654, κυανέμβολοι πρῷραι El. 436, τριήρεις Aristoph. Equ. 554 c. et ex Euripide Ran. 1318, καλλίπυργα πεδία Suppl. 618 c. ἄστυ Bacch. 1202, σοφία Aristoph. Nub. 1024, κυαναυγής Alc. 261 c. Aristoph. Av. 1389 in verbis Cinesiae, posteris satis usitatum, ἀνεμώκης[3]) Phoen. 163 c. Aristoph. Av. 697 formatione, non significatu simile notissimo ποδώκης. — Euripidi iniungo: λιπαρόζωνος * ἀέλιος Phoen. 175 c., θερμόβουλον ** σπλάγχνον frgt. 852, quod risit Aristoph. Ach. 119, Aelian. N. A. VII, 17, Polem. Phys. p. 192; ξουθόπτερος * μέλισσα Herc. f. 487, frgt. 470, πυρσόνωτος * δράκων Herc. f. 398 c., ἁβρόπλουτος * χαίτη Iph. T. 1148 c. *coma mollem, delicatum apparatum habens* i. e. *molli ornatu decorata*, ut Seidlero assentiar Marklandi coniecturam χλιδᾶς pro χαίτας non malam quidem sed inutilem habenti; λεπτόμιτον ** φᾶρος Andr. 831 c., Anthol. VI, 11; λευκήρετμος * Ἄρης Iph. A. 283 c., ἰσήρετμοι * νᾶες Iph. A. 242 c.

---

1) Possis etiam addere ταλαίφρων. 2) Possessivum est inverso membrorum ordine quod legitur Aristoph. Av. 250, 1398: πτεροποίκιλος. 3) Ceterum in fragmento lyr. poet. (Bergk. adesp. 107): quod si revera est Pindari, sicut suspicatur Bergkius, inde illi repetiverunt.

totidem remis instructae,[1]) μελανοκάρδιος* πέτρα frgt. 387 (ex Aristoph. Ran., ubi ad v. 470 codex Θ adscriptum habet ἐκ Θησέως Εὐριπίδου), μελανόπτερον** φάσμα Hec. 705 c. Aristoph. Av. 695,[2]) Geop. XIV, 7, 9; μελάμβροτος* γῆ Αἰθιοπίς frgt. 230 *quae habet nigros homines* vel potius *quae a nigris hominibus habetur*, sed maiorem sibi in hoc adiectivo licentiam condonavit, de qua infra dicetur; porro μελάμπεπλος** Orest. 457, Alc. 819, 843, νύξ Ion. 1150: unde Alexis ap. Ath. XII, 522 E. dixit νυκτὸς ὄμμα τῆς μελαμπέπλου, Anthol. VII, 43, XI, 60, 4; περισσόμυθος* λόγος frgt. 53, ἀθυρόγλωσσος** ἀνήρ Orest. 903 *linguam ἄθυρον* i. e. *non refrenatam habens*, quod Euripidis esse firmant Poll. II, 109, Bekk. A. Gr. I, 352, adamatum a Dione Cass. 46, 18 aliis vid. Suid. s. v. ἀλογεῖν; μεγαλόσπλαγχνος** ψυχή Med. 109 an. *animus superbus* certum Euripidis inventum Aeschylea vestigia prementis, quamquam idem est a medicis excogitatum proprio significatu; βαρύθυμος** ὀργή Med. 176 c. Plut., Callim., al.; his licet addere Nauckii coniecturam μακρόπονος* ζωή Phoen. 1535 c.; tum ex metallorum nominibus provenerunt: χρυσεοβόστρυχον** Διὸς ἔρνος Phoen. 191 c., quod non dubito quin ex Euripide sumserit Philoxen. apud Athen. XIII, 564 E., χρυσεοσάνδαλον* ἴχνος Orest. 1467 c. Iph. A. 1042 c., χρυσεόκυκλον** φέγγος Phoen. 176 c., poet. christ. in Cram. Anecd. p. 348, 24, χρυσεόστολον* πέπλων φᾶρος Herc. fur. 414 c. in modum Aeschylei χρυσεόστολμος, χρυσεοφάλαρος** ἵππος Troad. 520 c., quum alteram formam χρυσοφάλαρος Diodorus, Polybius, Constantin. Man. recceperint; χαλκοτευχὴς* Καπανεύς Suppl. 999, χαλκέοπλοι* Δαναοί Hel. 693 c., σκιαρόκομος* ὕλη Bacch. 876 c. *silva opaca habens folia*, χλωρόκομος* στέφανος δάφνας Iph. A. 759 c., βαθύξυλος** φόβη Bacch. 1138, Aristot., Ioseph. A. I. XV, 11, 5; στενόπορθμος* Χαλκίς Iph. A. 167 c. *arcto*

---

1) In usum eorum, qui hoc Iph. A. carmen Euripidis esse negarint, moneo ἰσήρετμος singulariter possessivum esse, quum cetera, quae Euripides ex ἴσος finxit, omnia sint obiectiva. 2) Eur. Hecuba acta est 425, ad quam saepe allusit Aristophanes, aves autem 414.

freto adiacens, *θηλύμορφος*** *ξένος* Bacch. 353, Aristot. Physiogn. p. 85, Theophyl. Nunc accedat numerosa propago adiectivi *καλός*, in quibus compositis „*ι*" apparet antiquioris commissurae vocalis: *καλλίδιφρος** *θεά* Hec. 467 c., *καλλίβωλον** *Ἴδας ὄρος* Or. 1382 c. i. q. *fertilis*, *καλλιπόταμος** *ὕδατος νότις ῥυτᾶς Δίρκας* Phoen. 645 c. (ecce verbosum poetam), *καλλιστάδιοι** *δρόμοι* Iph. T. 436 c., *καλλίτοξος**[1]) *μήτηρ* Phoen. 1162, *καλλιβλέφαρον*** *φῶς* Ion. 189 c. Constantin. Manass. Chron. p. 79 D. al., *καλλίφθογγος**[2]) *κιθάρα* Herc. f. 350 c., *ἱστοί* Iph. T. 221 c., *ᾠδαί* Ion. 169 c., *καλλιγάλανα** *πρόσωπα* Troad. 837 c., *καλλιπάρθενοι***[3]) *ῥοαὶ Νείλου* Hel. 1., *δέρη* Iph. A. 1574, determinat. ap. Greg. Naz., Eumath.; ex Rheso his accedat *καλλιγέφυρος** *ποταμός* Rhes. 349 c. — Suffixum $\overline{ης}$ declinationis primae bis apparet in

---

1) Hesych. et Suid. *χρυσηλάκατος* per *καλλίτοξος* interpretantur, ille autem *ἑλικοβλέφαρος* per *καλλιβλέφαρος*, quod moneo, ut appareat quae de grammaticis dixit Hermannus ad Iph. T. 73 „saepe etiam exquisitis et poeticis vocibus ad explicandum utuntur grammatici" eadem in lexicographos illos cadere, cuius rei alia testimonia ex hac ipsa quaestione afferre licet. 2) Qui a *φθέγγομαι* duxerit, ei erit determinativum. 3) *καλλιπάρθενος* eo explicavi, quo adiunxi possessivis: de quo vocabulo minime concordant interpretes. Velut G. Hermannus „non videtur, inquit, dubitandum esse, quin aquas Nili nullius cum alius fluvii aquis commixtas sed ex solis nivibus prognatas significare Euripides voluerit." Immo vero videtur, ac dubitavit revera Lobeck. Paralip. II, p. 372, utrum, ut dicam breviter, determinativum sit *καλλιπάρθενος* (*καλῶς παρθενικαί*, vix enim *καλαὶ καὶ παρθενικαί*), an possessivum, siquidem adiicit: „nisi ita dicuntur (lymphae Niliacae) ob inhabitantes Nymphas." Ad quam litem resolvendam nil valet testimonium grammatici in Bachm. Anecd. II, 354, 14: „*καλλιπάρθενος ἀεὶ παρθένος*." Neque ab Iph. A. 1574 peti argumenti quicquam possit, si quidem ibi est possessivum inversa possessionis notione, ut Sophocleum *ἀριστόχειρ ἀγών* cfr. infra. In Helenae loco utraque interpretatio sustentari poterit: interpretationi autem ei, quam praeoptavi, tot aliorum analogia patrocinatur, nam ad versum 6, quem quis in auxilium vocaverit per *οἶδμα* Nilum intelligens (quod tamen minus placet ob v. 15) ac nisus quidem inprimis ea, qua Euripides usus est in rebus mythologicis transfigurandis, licentia, equidem non ausim provocare. Ceterum alteram a veteribus praeoptatam esse interpretationem non nescio vid. Diodor. I, p. 46 ac Valcken. Diatr. p. 32, et de *παρθένος πηγή* eundem ad Hippol. v. 1005.

καλλιδίνας* Πηνειός Herc. f. 368 c. et καλλικόμας* πλόκαμος Iph. A. 1080 c. Adnecto quorum substantiva sunt tertiae declinationis: καλλιδόναξ* Εὐρώτας Hel. 493, καλλίφλοξ* πέλανος Ion. 707, καλλίπηχυς* βραχίων Troad. 1194, Alciphr. III, 67, allatum a Poll. II, 156, καλλιφεγγὲς** σέλας ἡλίου Troad. 860, ἕως Hipp. 455, adoptatum a Theodecta frgt. 10 et Const. Manass. Chron. p. 97 A: accedit Nauckii coniectura καλλίποκον* ἄρνα El. 705 c. pro καλλιπλόκαμον. — A πολύς produxit: πολύκαπνον* στέγος El. 1140, πολυόρνιθος* αἶα Iph. T. 435 c., πολύπηνα* φάρεα El. 191 c., ζαθέων πετάλων πολυθηρότατον** νάπος Phoen. 801 c. *feris refertissimus saltus*, Δίκτυννα Hipp. 145 c., Arrian. Hist. Ind. c. 40, 5, Poll. V, 13, sed Heliod. V, 18 χρῆμα πολύθηρον obiective; πολύκρανος ** δράκων Bacch. 1017 c. Orac. Sibyll. III, 176, Patr., πολύβωλος * χώρα frgt. 231, πολυπόταμος ** Μαιῶτις Herc. f. 409 c. Eust., πολύπλεθροι ** γύαι Alcest. 687, Lucian. Icarom. c. 18 et πουλυπέλεθρος Quint. Smyrn. III, 96, πολύμετρος ** στάχυς frgt. 520 *copiosus* et sua fortasse inventione Athen. XIII, p. 604 E., πολύβροχα * ἁμμάτων ἐρείσματα Herc. f. 1035 *quae multis laqueis constant*, [1]) πολύαστρον ** ἕδος Διός Ion. 870 an. *multis stellis condecorata*, schol. Arat. 83 (ab ἄστρον), quum πολυάστερος (ab ἀστήρ) Maneth. IV, 26 et ex emendatione Lobeck. Paralipp. p. 221 Ioh. Lydus mens. p. 15 habeant; terminatio ης tertiae declinationis bis apparet in πολυετής ** Orest. 472, Hel. 651 c. *multos annos commoratus* (utrobique de Menelao post longam annorum seriem domum redeunte) Lucian. saepius, Orac. Sibyll., Poll. I, 58, II, 15; et πολυπινὲς * κάρα *valde sordidum caput* Rhes. 716 c. [2]) Unicum est a πᾶς: πάγκληροι * δόμοι Ion. 1542, a μόνος possessiva haec: μονότεκνος * Πρόκνη Herc. f. 1021 c. *unicam prolem habens*, μονόπεπλος * Hec. 933 c., μονόπωλος * ἠώς Orest. 1004 c. *uno equo vecta Aurora*, μονόκωπος * ἀνήρ Hel. 1128 c.

---

1) Hesychius habet: πολύωπον· πολύβροχον, πολυόμματον, inepte, quum glossa sit ipsum πολύβροχος. 2) In transcursu moneo Euripidem Bacch. 560 c. habere dativum πολυδένδρεσσι — πολυδένδρεος Homeri est — per metaplasmum, quam formam Lobeck. Paralip. 179 directam esse dicit ad similitudinem simplicis, si vera haec est interpretatio.

per metonymiam i. q. *navigans in* σκάφει μονοκώπῳ, μονόχηλα* σφυρά Iph. A. 225 *pedes solidam ungulam habentes*, et paullo audacius μονοτράπεζα* ξένια Iph. T. 949 *hospitia solitariae mensae* i. e. eius, *qui secretam habet mensam*; his addo μονάμπυκες* πῶλοι Alc. 428, substantivo non addito Suppl. 587, 680 et μονάμπυκος* δέρη Hel. 1567 *solitario fune vincta cervix*, nil est nisi *singulares*, κέλητες: abstractum praeiverat Pindarus loco memorabili Olymp. V, 15: ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε antiquata vel saltem immutata notione primitiva. His duobus quid inventionis subsit, non ausim dicere, at persuasum habeo, etsi alterutrum nove dixit, solam novatam esse terminationem, siquidem genus dicendi non inusitatum fuisse ostendit substantivum non additum. — Sequantur cetera, quorum substantiva tertiae sunt declinationis: ἁπαλόθριξ* κόρυς Bacch. 1186 c. *delicate capillatus vertex*, ποικιλόθριξ** νεβρός Alc. 584 c., poet. lyr. ap. Plut. Mor. p. 1067 D, πυρρότριχες** πῶλοι Iph. A. 225 c., Aristot. Probl. 38, 2, Poll. IV, 144, 149, quum forma πυρρότριχος placuerit Theocrito VIII, 3, δολιχαύχενες* πταναί Hel. 1487 c., κύκνος Iph. A. 793 c. i. q. Homericum δουλιχόδειρος, μακραύχην** κλίμαξ Phoen. 1172, Ath. I, p. 10, sed prolixiore forma μακραύχενος ex Lobeck. iudicio Paralip. 196 utuntur Hippocr. p. 1006 B, Aristot. H. A. VIII, 6; ὀξύπους* Μενέλεως Orest. 1550 *celer*,[1]) λευκόποδες Βάκχαι Cycl. 72, si omnino est Euripidis, quoniam Aristophani Lys. 665 reposuit Hermannus, ceterum etiam in Anacreonteis 31, 5; hinc paullulum recedit βραδύπους** ἤλυσις Hec. 66 an. *gressus tardipes* Anthol. Pal. IX, 310, X, 37 Tzetz., quod possessivum est inversa possessionis vi, item ut λευκοπήχεις* κτύποι χεροῖν Phoen. 1351 c., χειρῶν ἀκμαί Bacch. 1206, de quo vid. infra.[2]) Suffixum $\overline{\omega\nu}$ bis apparet in eis, quae proficiscuntur a terminatione $\overline{\mu\alpha}$: ποικιλοδέρμονες* πῶλοι Iph. A. 226 c., λευκοκύμονες* ᾐόνες ποντίων σάλων Orest. 993 c. *albis undis spumantia littora*; non pauca ad χρώς redeunt vel χρόα: αἰολό-

---

1) Bekk. A. Gr. p. 442, 29: ἀργίποδες ὀξύποδες vid. not. ad καλλίπυξος. 2) Haec igitur haud dubie rectius appellaveris *attributiva*.

χρως* νύξ frgt. 596 an. *varie colorata nox*, quam Aeschylus dixerat ποικιλείμονα; λεπτόχρως* frgt. 898 (ut correxerunt librorum scripturam λεπτῷ χρωτί), porro ἀλλόχροον* δέμας Hipp. 175 an. et ἀλλόχρως** ξένος Androm. 879, Phoen. 138, Theophr. De sens. 50, p. 667, κυανόχροα** κυμάτων ῥόθια θάλασσας Hel. 1503 c., Oppian. Hal. II, 599 et altera forma κυανόχρως** χαίτας πλόκαμος βοστρύχων Phoen. 308 c., Alcidam. ap. Aristot. Rhet. III, 3, Matro ap. Athen. IV, 135 F, Orph. Hymn. III, 7. His accedit cum Aristophane commune unicum πολιόχρως**[1]) κύκνος Bacch. 1365, Aristoph. frgt. 179, et ex Rhes. 716 c. ψαφαρόχρουν* κάρα *aridam* vel *asperam cutem habens*. Cum φρήν nonnulla iunxit Euripides, quamquam et in his ipsis non attingit Aeschylei ingenii sublimitatem (vid. Todt. p. 21): ὀξύφρων* Med. 642 c.,[2]) ποικιλόφρων* Λαερτιάδης Hec. 131 an., κοινόφρων* Iph. T. 1008, Ion. 577, μελεόφρων* πατήρ Iph. T. 854 *infelix animi*, ὑψηλόφρων* θυμός Iph. A. 919 *animus superbiens*, Plat. Rep. VIII, p. 550 B, Themist. saepius, Eust. — Quae proficiscuntur ab ὤψ praeter ἀμβλῶπες* αὐγαί Rhes. 737, quum Aeschyl. Eum. 942 an. ἀμβλωπός habeat, omnia ad alteram declinationem traducta sunt, velut νυκτερωπὸν* δόκημα ὀνείρων ἐννύχων Herc. f. 111 c., κοιλωπὸς* ἀγμός Iph. T. 263 nil nisi *cavus*,[3]) ἀγριωπὸν** τέρας Bacch. 542 c., ὄμμα Herc. f. 990, Plut. Mar. 14, Phurnut. p. 8, Ioh. Damasc. ap. Suid.,[4]) porro ad secundam declinationem transiit κακόστομοι** λέσχαι Iph. A. 1001, Longin. c. 43 (alio sensu), et κακόγλωσσος** βοή Hec. 661; sed κακόμητις* ἀνήρ Orest. 1403 c. non linquit tertiam (sic Porsonus scripsit, membranae κακο-

1) Haec composita valde adamavit Euripides, nam idem habet λευκόχροα κόμαν Phoen. 322 (λευκόχροος-χρως satis usitatum) et μελάγχρως Orest. 821 c., quod Thomas ut Euripideum notat, vel μελανόχρως Hec. 1106 c., de quo vid. Lobeck. Paralip. p. 255; μελανόχροος Homericum est. Variant haec in accentu, sed maximam partem barytona sunt. 2) Gramm. in Cram. Anecd. Paris. IV, 209, 15 sic explicat ἀεσίφρων. 3) In nonnullis horum ut in κοιλωπός terminatio ωψ nil ad significationem confert vid. Herm. ad Ajac. 221. 4) De hoc vid. Dübner. ad Christ. patient. pag. XV.

μήτης quod Orph. H. VIII, 47 legitur). A φάος accedunt λευκοφαὴς** ψάμαθος Iph. A. 1054 c., Nonn. Dionys. XV, 231, Eust., μελαμφαὲς** ἔρεβος Hel. 518 c., Carcin. frgt. 5. Idem suffixum habes in μελαναυγὴς** νασμός Hec. 153 an. Eust., Hesych. ex Euripide, κακοτυχεῖς** γυναικῶν πότμοι Hipp. 688 c., γυνή Med. 1274 c., Hipp. 679 c. et substant. τὸ κακοτυχές Herc. f. 133 c., schol. Aesch. Pers. 1018. — His exactis quamquam nonnulla apparet audacius prolata esse, explicationem tamen iustam non habemus quod omnino praecidat; at singulariter dictum est κακόγαμβρος* γόος Rhes. 260 c., siquidem recte vertunt: *luctus qui versatur in infortunio consobrini:* non igitur possessivum sed aegre attributivum et explicandum sive κακὸς γαμβροῦ γόος sive κακοῦ *(infelicis)* γαμβροῦ γόος, in quo tenendum est vel sic κακόγαμβρος differre a καλλιπάρθενος δέρη ac similibus, quoniam in hoc παρθένου genitivus subiectivus est, in illo γαμβροῦ obiectivus. — Composita ex αὐτός, quae et multa sunt et audacia in Aeschylo (vid. Todt. p. 22) non reperi in Euripide praeter haec: αὐτόμορφα* λάϊνα τυκίσματα frgt. 124 i. e. ἀφ' ἑαυτῶν μορφὴν ἔχοντα *saxa natura formata,* ἀντεπώνυμος* σοῦ πατρὸς Μενοικεύς Phoen. 769 i. e. ἐπωνυμίαν ἔχων τὴν αὐτὴν σῷ πατρί, quod Valckenarius minus recte contulit cum αὐτοκασίγνητος,[1] prorsus ut abundaret αὐτός: possessive explicandum est; αὐτοσίδηρος* ἅμιλλα Hel. 356 c., quod parum recte vertunt in lexicis: est enim *voluntaria mors* quasi ἀφ' ἑαυτῆς σίδηρον ἔχουσα, quibus statim addo etsi minus possessivum est — poterit tamen sic explicari — αὐτόρριζος** ἑστία Rhes. 288, quod sensu *una cum radice* admiserunt Diod. IV, 12, Aelian. N. A. XVII, 29. Cum Sophocle Euripides duo communia haberet,[2] modo prorsus certum esset, quid recte scribere liceret locis Sophocleis: αὐτοφόντης El. 264, nisi reponitur αὐτοέντης, (αὐθέντης alia significatione Eur. Suppl. 442), αὐτοφόντης δόμος Eur. Med. 1269 c., et αὐτοσφαγής Aj. 841 (in versibus suspectis), Phoen. 1316.

---

1) Ceterum αὐτοκασιγνήτη Phoen. 138 c. Homericum est. 2) Haec non possessiva sunt, sed nolui secernere a ceteris.

Cum **numeralibus** iuncta Aeschylus multa habet totidemque ni plura Sophocles; accedunt Euripidea haec: δίπορος* κορυφή Troad. 1097 c., διπόταμος* πόλις Suppl. 621 c. *duobus fluviis adiacens urbs*, δίκωπον** σκάφος Alc. 252 c. *scapha, quae duobus tantum remis agitur*, ἐλάτη ib. 446 c., Polyb. XXXIV, 3, 2, διώνυμοι** θεαί Phoen. 683 c. (Περσέφασσα καὶ Δαμάτηρ) non *binomines* sed *duo nomina habentes* i. e. *duae*, sed significatione *celeber* Plutarcho, Appiano, aliis familiare, quod ex praepositione διά natum perhibent; Rhesi auctor dixit δίβαμος* 215 *bipes*;[1]) porro τρικόρυθες*[2]) Κορύβαντες Bacch. 123 c., vertunt *triplicem galeam habentes*, τρικόρυθος* Αἴας Orest. 1480 c., τριπάρθενον*[3]) ζεῦγος frgt. 359 *ex tribus virginibus constans iugum*, τετράμορφοι**) ὧραι frgt. 937, Nil. Epist. I, 224, Byzant., τετραβάμων** ἀπήνη Troad. 517, τετραβάμονες χαλαί Phoen. 808 c., ψάλια Phoen. 793 c., γυῖα Hel. 376 c., ἵπποι El. 476 c. *quadrupes* Orph. Hymn. VII, 5, ceterum Euripides hoc inventum satis audacter substantivis adiunxit, sed τετράμοιρος* φυλακὴ νυκτός Rhes. 5 an. est *quartam noctis partem continens custodia*, δεκάσπορος* χρόνος Troad. 20 *tempus, quo decem sementes factae sunt*, δεκάμφορος** κρατήρ Cycl. 388, Sosith. frgt. 2, verum δωδεκαμήχανον ἄντρον frgt. 755, quod risit Aristoph. Ran. 1327, vix Euripideum est, sed addo ἑκατόστομοι* ῥοαί Bacch. 406 c., ἑκατομπτολίεθρος* Κρήτη frgt. 475, ἑκατογκέφαλος** ὕδρα Herc. f. 1190 c., ὄφεων ἰαχήματα ib. 883 c. (attributive), ἔχιδνα Aristoph. Ran. 473, in quo loco haud pauca inesse ex Euripidis Theseo petita scholia indicant; ἑπτάπυργος** γᾶ Phoen. 245 c., πόλις ib. 748 et Herc.f. 28, κλῇθρα γᾶς Phoen. 1058, περιβολαί ib. 1078, figur. Maccab.

---

1) Per se quidem Euripides minime pauca habet velut δικόρυφος, δίχηλος, quae non sunt ab eo profecta. 2) De interpretatione adiectivi magnopere ambigunt interpretes. Cogites de triplici φάλων serie. Lobeck. ad Ajac. v. 847: „Corybantes, inquit, fortasse ita appellati sunt, quod crepido triplex trium galearum sibi superimpositarum speciem referret." 3) Sic enim distinguendum est in Hesychio, ut τριπάρθενος Euripidi, τρίζυγος Sophocli tribuatur, de qua distinctione prius inutiliter dubitatum est.

IV, 13, 7, ἑπτάφθογγος ** κιθάρα Ion. 881 an., Plut. De Mus. p. 1141 C., sed ἑπτάτονος λύρα Iph. T. 1129 c., χέλυς Alc. 447 c. Herc. f. 683 c. praeiverat Terpander frgt. 3. Neque ἔκπλεθρος δρόμος Med. 1181, ἀγών El. 883 (ut correxere librorum ἔκπλεθρος) magis Euripideum est, etsi nusquam praeterea legitur, sed ut redolet cotidianae vitae usum, ita eidem iniungatur. Multo probabilius poetae tribuas χιλιόναυς * στρατός Orest. 352 an., Ἄρης Andr. 106 c., ἐλάται Iph. A. 174 c., στρατεία Rhes. 261 c., quum Aeschyleum χιλιοναύτης amplexatus sit Iph. T. 141 c., μυριόκρανος * κύων ὕδρα Λέρνας Herc. f. 419 c., μυριοτευχὴς * κώπη Iph. T. 141 c. *sexcentos armatos continens classis.* — Ex tragicis minoribus vix quicquam habeo, quod commode adiungere possim, praeter ἀδύφωνος ** ὄρτυξ Pratin. frgt. 1, adverb. allat. a Poll. II, 4; ταχύχειρ * Crit. frgt. 8, quo adiectivo usum esse forsan in elegiis monet Nauckius; καλλίχειρες * ὠλέναι Chaerem. frgt. 14 (novatum in modum Euripidei καλλίπηχυς βραχίων) et ὀξυφεγγῆ * ῥόδα ibid. frgt. 8.

c. Ex adverbio et substantivo composita.

Triplex hic patebat iter: possessiva enim nascebantur praepositis adverbiis ᾱ, εὖ, δυς, quorum illud abrogat, haec determinant possessionem eius rei, quam exprimit membrum subsequens. Aeschylus non ita multa protulit (vid. Todt. p. 27), Euripides haec: ἄθυρσοι * Βάκχαι Orest. 1492 c. et subsimile ἀνήφαιστον ** πῦρ Orest. 621, Tzetz., de quo inutilia expromit Klotzius, ἄπυργος * frgt. 749 Hesychio ex Eur. Temeno afferenti ἀτείχιστος, ἀδίαυλος * ἕδρα frgt. 860, *unde nemo queat,* ut ait Aeschylus, κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν, ἀνάρβυλοι * frgt. 534, ἄλυχνος ** frgt. 425, Diogen. Laert. I, 81 sic explicat Alcaei inventum ζοφοδορπίδας, ἄνελπις * σωτηρίας Iph. T. 487, ἀβίοτος ** Hipp. 821 c., 868 c. (ex ᾱ et βίοτος ac propterea Euripideum, nam prius fuerunt, qui secus intelligerent) Anthol. IV, 255, ἄφροντις ** c. gen. frgt. 950 Lucian. Dial. Mort. 24, 1, Plut. saepius, ἄδακρυς ** Alc. 1047 *lacrimarum expers*, μοῖρα Med. 861 *lacrimas non excitans,* quamquam nil obstat, quominus item vertas *expers lacrimarum,*

ceterum Clearcho ap. Athen., Diodoro, Plut. aliis usitatum, nec mirum in voce tantilli ponderis; porro *ἄτοιχοι* * *περιβολαὶ σκηνωμάτων* Ion. 1133 *tabernacula parietem non habentia*, Dio Cass., *ἀνόροφοι* ** *πέτραι* Bacch. 38, *ἀνώροφος* Lyc. 350; *ἀσίδηρος* ** *χείρ* Bacch. 736, *μοχλοί* ib. 1104, Nonn. Ioh. c. 12, Anth. Pal. IX, 299, 3, Plut. Crass. c. 31, Lucian. Bacch. c. 1 (ex ipso Euripide, opinor,) et id. Scyth. c. 3; *ἄχλοα* ** *πεδία* Hel. 1327 c., Oppian. Hal. II, 496 al.; paullo insolentius dictum est, ut nil dicam de abundantia: *ἀνειλείθυια* * *ὠδίνων λοχιᾶν* Ion. 453 c., unde afferunt Eust. (*τὴν μὴ γεννήσασαν*) Suid. et Hesych. (*τὴν ἄτοκον*); verum Thes. Par. editori hoc compositionis genus adeo displicuit, ut ad corruptam Hesychii glossam mallet refugere: immerito; excusationis enim nonnihil *ἀνειλείθυια* habet a nomine proprio, uti cum hoc tanquam prono cursu iuncta sit particula, quamquam Euripidem fatendum est a linguae lege paulum recessisse; postremo *ἀχάλινα* ** *στόματα* Bacch. 386, Herc. f. 383, Plat. Legg. III, p. 701 C. si non inventum, tamen primum ab eo translate dictum est. Suffixum $\overline{ης}$ adsciverunt, quae proficiscuntur a neutris in $\overline{ος}$: *οὐκ ἀβριθὲς* * *βάρος* Suppl. 1125 c. (formatum ut *ἐμβριθής, ὑπερβριθής*), *ἀμενὴς* ** *γραῖα* Suppl. 1116 an. *imbecilla* sed et alibi obvium, quod docet Hesychii glossa *ἀμενεῖς ἀσθενεῖς*;[1]) *ἀτευχὴς* ** *παῖς Ἀχιλλέως* Andr. 1119, Leonid. Tarent. ep. 50, Hes. ex Eur. — In $\overline{ων}$ exit *ἀχρήμων* * Med. 461 *inops*, nam *ἀκήμων* Andr. 158 *sterilis* iam ab Aristophane usurpatum esse docet Phryn. ap. Bekk. A. Gr. 6, 2.[2])

---

1) Idem gloss. 468 ex plausibili M. Schmidtii coniectura genitiv. affert ex Eur. loco, ceterum E. M. flectit *ἀμένης ἀμένητος ὥσπερ ἀμέλης ἀμέλητος*. 2) Euripides his compositis praeeunte Sophocle omnino valde indulsit; sic evenit, ut supersint, quae primum ab eo usurpata sed tamen talia sunt, ut de auctore merito dubitare possis, velut *ἄκυμος* Herc. f. 698 c., *ἀνέορτος ἱερῶν* El. 310, quae fortasse sunt Euripidea, porro *ἀνάδελφος* Or. 310, Iph. T. 475, quo praeter Plutarchum solus Xenophon semel Comm. II, 34 usus est ibique nescio an suo invento ut remaneat Euripidi, cuius vix est *ἄδουλος* Andr. 593 posteris perquam usitatum: sed Euripidis loco ne lectio quidem satis constat. — Ceterum moneo et possessiva et determinativa ex *α* permulta cum Sophocle communia habere Euripidem. — Ex tragicis mino-

Ex εὐ sat multa fabricatus est Euripides, quorum plurima possessive explicanda sunt, quum Aeschylus vix unicum praebeat possessivis tribuendum. εὔπρυμνος Homericum adoptavit Iph. A. 723, Iph. T. 1000, 1357, nam notissimum εὐπλόκαμος afferre vix attinet; Hesiodeum est εὔσφυρος Hel. 1570; Pindaricum Pyth. IX, 17 εὐώλενος Hipp. 605, (δεξιά), ut mittam vulgatius εὔδενδρος Iph. T. 133 c. His ipse allaboravit: εὔθριγκοι * ἕδραι Hel. 70, εὐκίονες ** θεῶν αὐλαί Ion. 185 c., Anthol. Pal. VII, 648, 7, IX, 697, 1, Nonn. Ioh. X, 22; εὔστυλοι * ναοί Iph. T. 128 c. (termin. Vitruv. III, 2), εὔμιτοι * πλοκαί Iph. T. 817, εὔπηνος * ὑφή Iph. T. 312, 814, 1465, εὐάμπελος ** Σαλαμίς frgt. 534 adamatum a Strabone, Nonno, Anthologiae poetis, εὔθηλοι ** βόες Iph. A. 579 c., πόρις Bacch. 737, Anth. Pal. IX, 224, 1, Lycophr. 1328; εὔλειμος * νάπη Bacch. 1084 (de triplici compositorum cum λειμών forma vid. Lobeck. Paralip. p. 202, qui non adscripsit Euripideum εὔλειμος), εὔτριχος ** γενειάς Herc. f. 934, allatum a Poll. II, 22, usurpavit Clem. Alexandr., εὔπρφροι ** πλάται Iph. A. 765 c., quum Hesychius et Photius aliunde εὔπρφρον explicent εὐπρόσωπον; porro εὐπήχεις ** χεῖρες Hipp. 200 an. depromptum a Rhiano, Paul. Silentiario non determinativum sed potius attributivum est. Sepono Euripidi cum Aristophane communia quattuor, quorum incertum est dominium: εὔλυρος Ἀπόλλων frgt. 480, Aristoph. Ran. 229, Anth. Pal. App. 215, 3, et εὐλύρας ** Ἀπόλλων Alc. 570 c. Aristoph. Thesmoph. 969 (vix adimendum Euripidi), εὔδροσοι παγαί Iph. A. 1518, Aristoph. Av. 245, Poll. I, 228 alii, εὐκέλαδος λωτός Bacch. 160 c., Aristoph. Nub. 312, quod forsan determinativis rectius assignaveris. [1]) Ne quid deesse videatur, ex Rhesi prologo accedat εὐσέληνον * φέγγος, siquidem huc trahere licet. Cetera determinativa sunt. — A superibus afferre licet ἄχορδος ** φόρμιγξ Theogn. frgt. 1. quamquam num Theognidi recte tribuendum sit, minus certum est ob Aristot. Rhet. III, 6, qui affert Theogn. verba ib. III, 11.

1) Ceterum poeta lyr. ap. Bergk. adesp. 5.: si verba vere sunt Alcmanis, quod existimat Schneidewinus, hoc quoque adiectivum illi una altius repetiverunt vid. quae dixi p. 7.

rioribus composita cum δυς non mutuatus est praeter δύσορνις Aesch. Sept. 838, Eur. Hipp. 759 c.; omninoque pauciora possessiva genuit adverbium δυς, velut quod Aeschyli magniloquentiam sapit: δυσφόρμιγξ * ἄτα Iph. T. 225 c. *dissonam habens citharam, expers citharae*, δύσχορτοι * οἶκοι ib. 219 c. *aegre praebens pabulum*, Seidlero *sterilis* (audacter sine dubio); δυστράπεζοι * πῶλοι Herc. f. 385 c. *nefanda mensa usi.* Haec igitur certe altiore spiritu profusa, qui vellet imitamento exprimere, neminem adepta sunt, sed δύσμορφος ** ἐσθής Hel. 1204, frgt. 839 transsumserunt Menandr. gnom. monost. 117, Lyc. 692 et Plut. Mor. p. 670 A (fortasse ex loco Eur.). Addo δυσείματος * El. 1107. Singulariter dictum est in Ion. 1050 c. δυσθάνατοι ** κρατῆρες *letifera pocula*, quod eodem sensu legitur Hippocr. p. 71 F, et al., ubi Galenus: τὸ δυσθάνατον σημαίνει .. τὸ βραδυθάνατον, σημαίνει δὲ καὶ τὸ σὺν ὀδύνῃ θνήσκειν, ceterum iure ademit Thes. Par. editor Theophrasto H. Pl. III, 10, 3.[1])

§. 6. III. Determinativa.

Quod Curtius statuit in grammatica in schol. usum edita §. 359 determinativa numero inferiora esse ceteris, id in Euripidis duntaxat inventa omnino cadere apparebit. Sunt autem determinativa aut substantiva (sed perpauca) aut adiectiva. Nascuntur ratione triplici, nam aut adiectivum aut adverbium aut praepositio est membrum praecedens, subsequens rarius ad nomen, saepissime ad verbum redit. Incipio ab iis:

a. In quibus membrum praecedens adiectivum est.

Adiectivum, id quod in determinativis sponte intelligitur, plerumque adverbiascit. Verum in quibusdam ut ἀκρόπολις

---

1) Sunt alia, quae primum apud Euripidem apparent, sed tamen ab eo sunt vix profecta velut εὐερνὴς δάφνη Iph. T. 1100 c., εὐγώνιος Ion. 1137, utrumque saepe apud posteros, alia. In εὐωπός Orest. 918 catalexis, si quid omnino, Euripidis est, sed minor dubitatio de εὔολβος Iph. T. 189 c. — δυσπινής cum Sophocle O. C. 1597 commune habebit Euripides, si verba δυσπινῆ πεπλώματα Aristoph. Ach. 426 ex Euripide sumta esse statuas vid. Nauck. adesp. 26.

adiectivi notio sustentanda est. Ceterum non unumquodque vocabulum patet cui ordini adiungendum sit. Nempe Euripides, quem *καλλίπηχυς βραχίων* ac similia allexerunt, quae vixdum attributive explicari possint, iam eo saepius progressus est, ut interdum nominibus adderet epitheta a nomine vel synonymo vel homoiosemo vel — quod semel fecit — eodem composita, quae non *τοῦ ἔχειν* sed *τοῦ εἶναι* significationem habent. Haec quum poesin omnino magis quam orationem prosam deceant, ex qua pauca collecta habet Lobeckius Paralip. p. 371, tum paullo usitatiora sunt tragicis: *θηλύπους* * *βάσις* Iph. A. 421: quoniam *βάσις* non *gressus* est, sed *pes*, nihil nisi *θηλεῖα βάσις*; *μονόπαις* * *κόρος* Alc. 906 c. *filius unigena*; at singulariter *τυφλόπους* * *πούς* Phoen. 1549 c. i. q. *ποὺς τυφλός* (de hoc usu adiectivi *τυφλός* vid. Lobeck. Rhem. 345.) Sunt etiam, quae, licet non invenerit, primus tamen ad significationem determinativam detorsit, in quo neque ea minima licentia est, quod, quibus determinativam significationem attribuit, eadem poneret etiam possessiva vel potius attributiva: velut quum trag. inc. *καλλίπαις Λητώ* Nauck. adesp. 145 possessive dixerit, Aeschylus autem *καλλίπαις πότμος* Ag. 762, itemque Euripides fere audacius Herc. f. 839 *καλλίπαις στέφανος* attributive, probabiliter tamen determinativam interpretationem sibi vindicat *καλλίπαις* [1]) *θεὰ Περ-*

---

1) In iis quae leguntur in anecdoto (*Pindarico* ex sententia Schneidewini) Philolog. I. p. 433 seq: *ἡ Λῆμνος καλλίπαιδα Κάβιρον ἀρρήτων ἐτέκνωσ' ὀργιασμῶν*, quum Hermannus ibid. 586 dederit *ἣ καλλίπαιδα Λᾶμνος ἀρρήτων ἐτέκνωσε Κάβειρον ὀργίων*, adiectivum *καλλίπαις* possessivum erit, si Schneidewini interpretationem probaveris, quam vero ille nec Plat. loco Phaedr. 261 A — ubi ceteroquin aperte possessivum est — nec verbis *εὔπαις καλῶν παίδων* extra dubium collocavit, quia translationem, qualem Platonis loco habemus, ipso accedente genitivo expressam adiectivo illi subiungi posse exemplo allato non docuit. Mihi contra *Κάβειρος* propterea et aptissime quidem videtur dici *καλλίπαις*, quia hic procul dubio introducitur ut heros quasi eponymos; genitivum autem ad *Λῆμνος* refero, ut *Λῆμνος ἀρρήτων ὀργίων* dicatur *Lemnus orgiis insignis*, cuius genitivi exempla vid. ap. Bernhardyum Syntax. p. 163. Sed utcunque statueris de his interpretationibus, possessivum erit *καλλίπαις*. — Quod autem Orestis loco scholia optionem faciunt,

σέφασσα Orest. 964 c. i. q. *καλὴ παῖς* (vid. Lob. Paralip. p. 372 et Curt. Erläuterungen p. 145). Cui licentiae ille in suo ipsius invento indulsit, siquidem qui *μελάμβροτον* * *γῆν* frgt. 230 *terram* vocavit *nigros mortales habentem*, idem *μελάμβροτοι* * *γείτονες* frgt. 771 dixit *nigros vicinos*. — Aeschylus suo Marte protulit *ὦ πάτερ αἰνόπατερ*: Euripides si non finxit, tamen ab Alcmane frgt. 50 transsumsit *Αἰνόπαρις* Hel. 945 c. Ipse genuit *πόρις Ἰνάχου παλαιομήτωρ* * Suppl. 628 c., quod vel *παλαιὰ μήτηρ* est (determ., ceterum fortasse rectius) vel *παλαιῶν* (obiect.) Porro adiectivi vim habes in *ἡμίδουλος* * Andr. 942 *semiservus*, *ἐνθυδήμων* * frgt. 228 *simplex civis*, quod Euripidis esse Hesychius tradit explicans *εὐθυδήμονα ἁπλοῦν δημότην*. Neque deest, quod, quum determinative explicaretur, ad possessiva transire iussit Lobeckius: *ἀμβροτόπωλος* * Troad. 537 c. Seidlerus de Minerva dictum explicat *ἄμβροτος πῶλος*: quem quum reprobaverit Lobeck. Phryn. 601 possessive interpretans, videtur tamen postmodum Paralip. p. 371 dubitare, utrum *Dea* significetur, ut possessive velut *κλυτόπωλος* debeat intelligi, an *equus durius* ut determinative, quoniam nomen *ἵππος*, quod desit, duobus epithetis satis compensetur. Aptius, opinor, ad deam retuleris, nec video, cur ferri nequeat Seidleri interpretatio. Neque *κακόνυμφος* * simplicissimum est, quod Med. 990 c. *sponsus infelix*, sed 206 c. (*προδότης*) *malus* est, de Hippol. 757 c. vid. infra. Singulariter dictum est *πολυποίκιλος* Iph. T. 1149 c. vix *πολὺς καὶ ποικίλος*

---

utrum intelligatur *Περσέφασσα καλλίπαις θεὰ ἡ ἔχουσα καλὸν παῖδα τὸν Ἴακχον ἢ ἡ οὖσα καλὴ παῖς*, ei non multum tribuendum esse duco. Scio quidem posteriore tempore Iacchum pro Iovis et Persephonae vel Demetris filio habitum esse (vid. locos quos congessit Preller. Myth. gr. I, 614), at mihi sollemnes illae Persephonae appellationes velut *καλλιγένεια, περικαλλής, μονογένεια* vid. Prell. I, 592, tum vero ipsum illud *Κόρη* hoc quam maxime videntur adfirmare, Persephonam et ut *pulcherrimam* et ut *filiam* vel *filiam unicam* repraesentari solitam esse. Verum haec ipsa duo insunt in adiectivo *καλλίπαις* determinative explicato. Ceterum moneo *εὔπαις* (*Λατοῦς γόνος*), quod ut possessivum inde ab Homero satis usitatum est, apud solum Euripidem determinativam significationem nactum esse vid. p. 61.

sed potius *πολὺ ποικίλος*, Eubul. ap. Ath. XV, 679 E. Orph. et alibi. Sequuntur, quorùm membra subsequentia a verbis ducuntur multo plura. Aeschylea sunt: *πολυθρόος* Suppl. 789 c. Eur. Iph. T. 727, quo loco Hermannus reposuit *πολύθυροι*, *πολύπλανος* Prometh. 585 c. Eur. Phoen. 661 c.; Sophoclea: *ὀξύθηκτος* Antig. 1301, Eur. Andr. 1108, 1150, El. 1159 c., *δίπαλτος* Aj. 402, Eur. Iph. T. 323, Troad. 1102 c. (de quo vid. interpretes) et *δίγονος* Soph. frgt. 125, Eur. El. 1179 c. Euripidea sunt: *αὐτόγαμος*** *Πάρις* Hel. 1120 c. *infeliciter coniugatus*, Oppian. Cyn. I, 261, Maneth. III, 148, Orph. Argon. 674, 870, 1348, *μεσόπορος*** *αἰθήρ* Ion. 1152 *aether in media parte peragratus*, quod duplicata sibilante dactylico metro adaptavit Oppian. Hal. V, 46, *πρωτόβολος** *τέρμων ἁλίῳ* Troad. 1069 c. *primum sole ictus* (*πρωτοβόλος* alio sensu passim poster.), *βαθύσπορος** *γύη* Phoen. 648 c. 669 c., *ὠκύπλανοι** *πτερύγων ῥιπαί* frgt. 597, *ἡδύθροος*** *Μοῦσα* El. 703 c. Anthol., *ὠκοθόαι*** *Νύμφαι* Suppl. 993 c. *cursu celeres*, ap. Callim. Hymn. in Dian. 165 herbae epitheton, et nomen propr. ap. Nonn. Dion. XIII, 144 et XXXVII, 625; verum apud hos *ὠκύθοος* proparoxytonos legitur, quod iam non a verbo compositum sed ex duobus synonymis iunctum habes, sicut Lobeckius autumat Paralipp. p. 462; paroxytonon a verbo, ut *βοηθόος*, formatum Euripidis est; *λαιψηροδρόμος** *Ἀχιλεύς* Iph. A. 207 c.,[1]) *δίστομος** *γένυς* frgt. 534, *ξίφος* Hel. 983, 1044, *φάσγανον* Orest. 1303 *anceps* (a *στόμα* ducendum ac possessivum est quod Sophocles habet Phil. 16, Oed. Col. 904), *νεόφονα** *αἵματα* El. 1172 *recens profusus sanguis*, *νεόζυγος** *νύμφη* Med. 804, *νεόζυξ*** *πῶλος* frgt. 781 c., Apoll. Rhod. IV, 1191, *νεόδμητος*** *κόρη* Med. 623 *recens nupta* Q. Smyrn. III, 405,[2]) quum „*recens interfectus*“ sit Rhes. 887 c. ubi varians lectio *νεόκμητος* est, quo sensu arripuit Lycophr. 65; ceterum cur-

1) Non addo Reiskii coniecturam *ἑλικοδρόμος* Bacch. 1067, Maneth., Orph., quia vix recipienda est. — 2) Hesychius: *νεοδμήτην· νεωτέραν. ἢ δαμασθεῖσαν. ἢ οἰκοδομηθεῖσαν.* Scilicet *νεόδμητος* a *δέμω* Pindarus habet Isthm. IV, 103.

tata forma, quam Med. 1366 habes: νεόδμητες γάμοι iam in Hom. Hymn. in Apoll. 231 legitur; νεοτόκος ** Bacch. 701, Dionys. A. R. I, 79, Plut. Alex. c. 33 al.;[1]) suffixum $\overline{ης}$ apparet in νεοτρεφεῖς ** κόροι Heracl. 93 c., Christod. ecphr. 278, et νοθαγενὲς * τέκνον Androm. 912, 942, Ion. 592, quod ob antiquiorem commissuram in memoriam redigit similia, ut νεηθαλής Ion. 112 (nusquam praeterea) et νεαγενής Iph. A. 1623 a Porsono remotum, quod Homericum est; πολυνιφέα * δρία Hel. 1326 c. *multa nive conspersus saltus;* cetera a πολύς composita praeter πολύσπορος ** Ἀσιάς Troad. 748, Oppian. Cyn. III, 23, H. Orph. saepius, Anth., al., omnia terminationem $\overline{τος}$ adsciverunt: πολυήχητος ** κῶμος Alc. 918 an., schol. Aesch. Prom. 577, πολυαίνετος * Heracl. 761 c., πολυέλικτος ** ἀδονά Phoen. 314 c. de *chorea*, Nonn. saepe, Poll. VII, 94 Galen., πολυζήλωτος ** Hipp. 168 c., Hymn. in Is. 16. His addo reliqua terminatione $\overline{τος}$ formata: ψευδονύμφευτος * γάμος Hel. 883 *specie tantum factae nuptiae*, λευκόστικτος * θρίξ Iph. A. 222 c. *albis notis compuncta coma;* ἡμίθραυστον ** τύκισμα Herc. fur. 1096, Lyc. 378, Anth. Pal. IX, 568, allat. a. Poll.,[2]) καλλιπύργωτος * πόλις Bacch. 19 *pulchris turribus munita urbs;* duo reliqua a καλός provenientia diverse formantur: καλλίναος ** λίμνη Alc. 589 c., Κηφισός Med. 835 c. *pulchre fluens*, Apoll. Rhod. I, 1228, Anthol. IX, 327,[3]) καλλιζυγὲς * ἅρμα δαιμόνων Androm. 276 c.; praeterea catalexis $\overline{ης}$ apparet in μελαγγραφεῖς * διφθέραι frgt. 629 ex Bergkii emendatione librorum scripturae μελεγγραφεῖς *nigris litteris exarati libri.* Tum huc refero τρίζυγοι θεαί Hel. 357 c. Euripidi commune cum Sophocle frgt. 500, quod Euripidi adimendum non erit, si cum Nauckio scripseris Soph. frgt. 500 ζυγίων; sed utique Euripideum est: τετράζυγοι ** ὄχοι Hel. 1039 (an τετράζυγες?) Nonn. Dion. I, 473, Maneth. V, 171, Anonym. De herbar. vir. 6, quorum ille et τετράζυξ usurpat. Suffixum $\overline{ης}$ primae declinationis apparet

---

1) In transitu adnoto Euripidem νεόγονος dixisse pro νεογνός. 2) ὀρθόστατος Suppl. 497 ademit Nauckii coniectura. 3) Hesych. καλλινοτάτη (καλλίναος).

in ἀδιβόας ** Bacch. 127 c., Anth. Pal. IX, 396, Plan. IV, 231 et ὠκυρόης ** Ἀξιός Bacch. 568 c., Apoll. Rhod. Arg. II, 349, 650, Anthol. Pal. IX, 219, $\overline{\tau\eta\varsigma}$ autem in ταχυβάτης * Rhes. 134 c. *pernix*. In his igitur omnibus, quorum membrum subsequens ad verbum recedit, praecedens adverbii vice fungitur. Seposui paucula, in quibus quum item membrum subsequens verbale sit, praecedens adiective explicare praestat: διδυμογενὲς * ἄγαλμα Hel. 206 c. i. q. δίδυμον γεννηθέν vel δίδυμον, τρίγονα ** τέκνα Herc. f. 1023 c., κόραι Ion. 496 c. Hes. ex Eur. nil nisi *tres*, sed adverbialiter alio sensu in Orphicis et apud Eustathium, τριτοβάμων * Troad. 275 c. quasi *tertii pedis instar* (de *baculo*), μονόστολος ** Alc. 407 c. *solus*, Lyc. 690, Hes. dativ., verum quod Phoen. 742 legitur: μονόστολον δόρυ sunt qui δόρυ μόνον στόλον ἔχον igitur possessive explicent; parum recte, est enim determinativum. His accedit ex Rheso 909 c. ἀριστότοκος ** γέννη *filius optimus*, quum sensu obiectivo Oppian. Cyn. III, 62, Nonn. Dionys. XXII, 322, Gregor. Naz. et Nyss. acceperint.

b. In quibus membrum praecedens adverbium est.

In his membrum praecedens est adverbium absolutum i. e. non ductum ab adiectivo. Euripidis sunt: ἀγχίπλους * πόρος Iph. T. 1325, (Hesychium correxit M. Schmidt duce Hermanno), ἀρτίδακρυς ** Med. 903 *qui recens lacrimavit* (quod frustra explosit Hermannus), Lucian. Lexiph. c. 4, ἀρτίπλουτα * χρήματα Suppl. 742 i. e. χρήματα, *quibus aliquis* ἄρτι πλούσιος *factus est*, ἀρτιθανὴς * νέκυς ἀλόχου Alc. 600 c., ἀρτιμαθὴς ** κακῶν Hec. 687 c. *recens expertus mala*, Long. past. III, 13, Eust. saepius,[1]) διχορραγὴς * κίων * Herc. fur. 1008, ζάχρυσος * Θρῃκία Alc. 498, ἐμπολή Iph. T. 1111 c., πέλτη Rhes. 371 c., δώματα ib. 439; nonnulla ab ὁμοῦ veniunt: substantivum est ὁμευνέτης ** Med. 953, Ion. 895 c., Lyc. 1199, Hesych.: ὁμευνήτου; sed Sophocles si Aj. 502 ὁμευνέτις dixit, apparet hoc ductum esse a masculino, quod Euripidi

---

1) Hesych. sic explicat νεοπενθῆ sensu igitur passivo.

demum debetur, porro ὁμόγαμος * Herc. f. 339 *qui communes cum alio nuptias fecit*, velut Amphitruo sic apte compellat Iovem, (Soph. eodem sensu Oed. Tyr. 460 dixerat ὁμόσπορος, quod glossa explicat Euripideo), sed Phoen. 137 c. nil est nisi *maritus*, a quo nolui seiungere ὁμόλεκτρος, ** cuius vide quam prorsus eadem sit ratio, quum Orest. 476 Tyndarus nuncupetur Ζηνὸς ὁμόλεκτρον κάρα, sed 508 *coniux* ὁμόλεκτρος γυνή; ceterum legitur Plut. V. Hom. 96 et Anthol. VII, 295, 9; insolentius autem dictum est: ὁμογενέτωρ * Phoen. 165 c. neglecta terminationis vi i. q. *frater*, a qua licentia argumentum petant, qui supra p. 24 συγγενέτειρα *soror* interpretantur. Ex πάλιν sunt item nonnulla. Substantivum est certissima Porsoni coniectura: παλινσκοπιά * Orest. 1264 c. *in contrariam partem conspectus* adverbiascente accusativo; cetera adiectiva sunt: παλίρροπον * γόνυ El. 492, παλίρροος ** κλύδων Iph. T. 1397, fig. πότμος H. f. 739 c., δίκα El. 1155 c., Oppian. Hal. II, 398, Tryphiod. 96, παλίμφαμος ** ἀοιδά (εἰς ἄνδρας ἴτω) Ion. 1096 c. *vicissim reprehensio cadat in viros*, Tryphiod. 423, Philo al., ceterum adnascitur significatio δυσκέλαδος, quae est in lexicographis; παλιμβλαστὴς ** ὕδρα Herc. f. 1274, Theophr. C. Pl. IV, 8, 5.

His exactis transitus patet ad adverbia ᾱ εῠ δῠς, quae possessiva sat multa, sed plura etiam determinativa suppeditant. Cum substantivis iuncta omnino possessiva sunt exceptis iis, quae idem, cui apponuntur, substantivum continent. Talia a tragicis persaepe apponebantur non nesciis nimirum, quantam suo loco acerbitatem significarent. Verum Aeschylus pro sublimitate sermonis modice accessit ad id artificium, a cuius abusu Sophoclem non raro quidem sed aptissimis nonnisi locis talibus indulgentem ingenii generosa quaedam temperatio prohiberet. Sed Euripidi λεπτολογοῦντι et fucatae acerbitatis studiosissimo poetae quid credas magis arrisisse quam haec ‚σμιλεύματα' et ‚ἀκριβῶν λόγων σκινδαλάμους' — neque id fugit Lobeck. Paralip. p. 230 — fere ut rectum fecerit iudicium G. Schmidt (De Sophocl. dictionis ubertate pag. 10) Aristophanem Ran. 1334 ψυχὰν ἄψυχον dixisse opinans non sine Euripidis derisu. Ceterum ille p. 10 quae Euripides habet

omnia congessit; neque mirum est, quod Euripides usitatis velut πόλεμος ἀπόλεμος, γάμος ἄγαμος, πότμος ἄποτμος ipse allaboravit nonnulla velut ἔργα ἄνεργα * Hel. 363 c. *facta infecta*, νύμφη τ᾽ ἄνυμφος παρθένος τ᾽ ἀπάρθενος ** Hec. 612, quorum illud iam Sophocles habet, etsi non cum substantivo νύμφη consociavit, hoc autem Euripidis inventum est: *virgo infelix;* depromserunt quamquam immutato sensu Theocrit. II, 41, Nonn. Porro suo conatu dixit: ὁδοὶ ἄνοδοι ** Iph. T. 888 c., quum ἄνοδος significatione *invius* contrario εὔοδος opponatur ap. Xenoph. Anab. IV, 8, 10, et idem partem saltem inventionis sibi vindicat dicens δεσμὰ ἄδεσμα Suppl. 32 *vincula, quae sunt specie tantum;* nam ἄδεσμος significatione *non vinctus* Thucyd. III, 34 usurpavit.[1]) — His subiungo verbalia cum ᾱ iuncta. Superioribus poetis nonnulla debentur: ἀδώρητος Hom. Hymn. in Mercur. 167, Eur. Hec. 42, ἀπαράμυθος Aesch. Prom. 184, Eur. Iph. A. 620, ἀκόμπαστος Sept. 523, Eur. frgt. 865, Sophocleum est — ut mittam ἀνάλγητος, nam Thucydidi quoque familiare — ἀπαρθένευτος Soph. frgt. 283, Eur. Iph. A. 993, Phoen. 1739 c. Ipse genuit: ἀκάρπιστα * πεδία Phoen. 210 c. *campi steriles* (potent.), verum transitive usurpat Bacch. 406, Hel. 1328 c., ἀπαιώνιστον * frgt. 78, Hesychio δύςφημον, ἀκύρωτος * Ion. 801 *non definitus* (verbum ἀκυρόω ap. Plut. Diod. al.) pass., ἀσείρωτον * ὄχημα Ion. 1150, quod subdubitarunt, utrum esset ἀσείρους i. e. ex Hesych. ἀδέτους ἵππους ἔχον, an ζυγίους (οὐ σειραφόρους), ἀκάπνωτοι * ὁδοί frgt. 781, 50 *non fumigatae viae* ex speciosa Hermanni coniectura (pass.), ἀθράνευτος * frgt. 573 Hesychio ἄστρατος, Bekk. Anecd. 352, 15 ἄστρωτος, quod divinaverat Salmasius, ἀμνήστευτος ** frgt. 815 pass., neutrum adverb. apud Pseudophocyl. 186, LXX, ἀβάκχευτος ** θίασος Orest. 319 c. *a Baccho alienus* (schol. κακοβάκχευτος) sed *non initiatus Bacchi mysteriis* Bacch. 472,

---

1) Adscribo similiter excogitatum γένος ἄγονον Herc. f. 888 c., quum Soph. O. T. 27 dixerit τόκος ἄγονος (sine prole). Ceterum interdum quod his compositis exprimere studebat, significavit etiam addita negatione οὐ vid. Lob. Paralip. 231.

Lucian. conviv. §. 3, Nonn. Paraphr. 34; ἀνικέτευτος * Iph. A. 1003 active, ἀθώπευτος ** γλώσσης Androm. 459, Anthol. Pal. VI, 168, Lyc. 1399 passive, active Tel. ap. Stob. p. 524, tum satis vulgatum ἀμνημόνευτος ** φόνος Iph. T. 1419, Polyb. II, 35, 4, Dionys. A. R. III, 67, Strab., al. pass., Diog. Laert. I, 86 active, porro ἄστεπτος * Heracl. 440, ἄφλεκτοι ** πέλανοι Hel. 1334 c., Apoll. Rhod. I, 1074, ἄσφακτος ** Ion. 288 an., Ath. IX, 380, 381, ἀσύλητον ** γένος Hel. 449, Nonn., ἀκύμαντοι ** ψάμαθοι Hippol. 235 an., Lucian. saepius, Himerius et qui Euripideis frui consuevit Nonn. Dionys. II, 14, ἀστάκτων ὑδάτων λοχεῖα Iph. T. 1242 c. *locus natalicius adiacens undis non stillaticiis*, quamquam Seidlerus duce Hesychio aliam praeoptavit interpretationem; neque vero Hesychiana glossa est: veteres autem grammatici vel α intensivum non privativum deprehendisse sibi videbantur.[1]) Non sane multa aliam catalexin habent: ἀπρόςειλος * frgt. 842: ᾧ οὐδεὶς προςειλεῖται, ut explicatur ab Hesychio et in Bekk. Anecd. p. 440, 32, ἀπρόςφοροι ** νῆσοι Iph. A. 287 c. (igitur in dubia parte)[2]) explicant *inconvenientes*, sed nescio an sint insulae, *ad quas navigia non licet appellere*, Theod. Prodr. p. 90 al. In ης nil habeo praeter ἀτημελὴς ** χρημάτων frgt. 184 *non sollicitus*, Plut., Dio Chrys., (ἀθαμβὴς legitur Phryn. frgt. 2. Plut.), in ων: ἀτρίβων * i. q. ἀτριβὴς frgt. 476 an. —[3])

Εὖ: Euripides quemadmodum ἔργα ἄνεργα, ὁδοὶ ἄνοδοι dixit, sic εὐκάματος ** κάματος Bacch. 66 c. *labor non laboriosus*, quod ut sollerter inventum posterioribus perquam pla-

---

1) Qui meminerit Sophoclem ἀστακτί habere, is iure haesitaverit, an Euripidis sit ἄστακτος: et omnino quidem horum compositorum eam nonnulla notam prae se ferunt, ut possint ex usu linguae petita esse existimari: quod indicat inprimis testium post Euripidem numerus non spernendus; quare nonnulla ut ἀνερμήνευτος, ἀσάλευτος, ἀσπούδαστος (iunctum cum σπεύδειν) sine dubie mittenda sunt. 2) Hesychius ἀπρόςφορον ἀνάρμοστον interpretatur et ἀσύμφορον ἀπρόσφορον. 3) Ne quid desit, affero etiam ἀίστορες ** μάχης Androm. 682, Plat. Legg. VIII, 845 lexicogr., de quo dubitare licet, item ut de ἀθίκτορας Ion. frgt. 11.

cuisse testis est Plutarchus ipsa Euripidis verba compluries afferens. Verum aliorum, inter quos Nonno nemo cupidius arripuit, imitamina significatione *laboriosus* repraesentant, ut Paul. Sil. Descr. Soph. 270, 343, Christod. Ecphr. 398, Nonn. Dion. V, 483, XV, 194, XVI, 108 et in Anthol. saepius. Eodem modo explicandum est: *εὔπαις Λατοῦς γόνος* Iph. T. 1234 c. et Herc. f. 689 c. *egregius Latonae filius*, Nonn., quum Hec. 810, Suppl. 955 c., Ion. 490 c. usurpatum sit sensu possessivo, quo et Hom. Hymn. 30, 5 et Herod. I, 32 et Aristoph. Plut. 639 et alii posuerunt; cui addo ut inventum Euripidis *εὔθυρσος* ** *νάρθηξ* Bacch. 1158 c., quod non mediocriter sollicitavit interpretes, Hermannum autem impulit, ut *εὔθυρσον* ad *ταῦρον* referret: neque vero opus, nam qui *κάματος εὐκάματος* dixit, eidem, quemadmodum monet Elmsleius, collibuit *εὔθυρσος νάρθηξ*, perinde ac si dixisset *εὔθυρσος θύρσος*; ceterum *εὔθυρσος* Nonno fuit optata captura (Dionys. XIII, 53, 411, 449, XVII, 91, XIV, 207); *εὐπάρθενος* ** *Δίρκα* Bacch. 520 c. vertunt *virgo felix*, quocum Elmsleius *εὐπατέρειαν αὐλήν* sed incassum contulit; Nonnus diverso significatu collocavit, praeterea Tryphiod. 51 et Antipater in Anthol. VI, 287, 1. — Cetera verbalia sunt: Aeschyli est *εὐάγκαλος* Prom. 350, Eur. frgt. 782, quamquam explosit Nauckius, *εὐτλήμων* Pers. 28, Eur. Med. 865 ex Hermanni coniectura, Sophoclis *εὐκρότητος* Antigon. 437, Eur. El. 819; Euripidea haec: *εὔκομποι* * *πλαγαί* Troad. 152 an. *graviter sonantes plagae*, *εὔγομφοι* ** *πύλαι* Iph. T. 1286, Oppian. Hal. I, 194, *εὔτορνοι* ** *ἴτυος περίδρομοι* Troad. 1197, Lyc. 664, Theophr. H. Pl. V, 6, 4, *εὔηχητοι* * *ὕμνοι* Ion. 884 an., *πόντος* Hippol. 1272 c. *sonorus*, *εὐγήθητον* * *θῦμα* Iph. T. 212 c., *εὐπρόσοιστος* * *ἔκβασις ἄτης* Med. 279 *effugium* (non *finis*), *cui facile appropinquaveris*;[1]) adscita terminatione $\overline{ης}$

---

1) Nodum opinor in scirpo quaesivit, qui nuper *εὐπρόσωπος* de coniectura dedit Nauckius (Mém. de l' acad. d. sc. Petersb. I, 12), in qua ne *ἔκβασις* quidem admodum placet, sed lectioni, quae ex se satis praesidii habet, patrocinatur Christ. pat. 476, ubi cod. A. et C. (longe optimus) *εὐπρόσοιστος* exhibent, cod. B. merum huius interpretamentum *εὐπρόσιτος*. —

tertiae declinationis formatum est εὐγηθὴς * κέλαδος Herc. f. 792 c. Anth. Terminatione caret εὐπήξ * Orest. 1428 c: εὐπᾶγι κύκλῳ (certa Hermanni emendatio); terminatio $\overline{\tau\eta\varsigma}$ apparet in εὐγενέτης ** Androm. 771 c. Phoen. 1510 c. Ion. 1060 c., Athen. XII, p. 542 E., Anth. Pal. IX, 344, 2, XII, 195, 3. Seposui εὔλοχος ** Ἄρτεμις Hipp. 166 c., Callim. Epigr. 56, 2 ob significationem: est enim *puerperium sublevans, parientibus benigna:* a significatione igitur ad δυςθάνατος accedit. —

Δυς: Aeschylea sunt: δύςλοφος Prom. 931, Troad. 303, δυςπάλαιστος Choeph. 692, Suppl. 648, Eur. Alc. 892 c., δυςκατάπαυστος Choeph. 470, Eur. Med. 109 an., δύςλυτος Prom. 19, Eur. Phoen. 374, Androm. 121 c., quod omnino non rarum, δυςμαθής Agam. 1255, Eur. bis; cum Sophocle communia sunt: δυςθρήνητος Antig. 1211, Eur. Iph. T. 144: θρῆνοι δυςθρήνητοι; δυςκόμιστος Antig. 1347, Eur. Herc. f. 1422, δυςτάλας saepius apud utrumque. Ipse Homerum secutus, qui dixerat Δύςπαρις, lusit Δυςελένα * Orest. 1387 c., Iph. A. 1316 c. *infausta Helena.* Porro neque desunt cum substantivis eiusdem stirpis consociata: δύςνοστος * [1]) νόστος Troad. 75, δύςγαμος ** γάμος Phoen. 1048 c., αἶσχος Troad. 1114 c. et praeterea Hel. 687 c. (ubi accusativus reponendus), Manetho II, 270, Lyc. 1089; δύςνυμφος * νύμφη Iph. T. 216, ἄλοχοι Troad. 144 an., Orac. Sibyll. XI, 284. His. accedant: δυςαίθριος * ὄρφνη Heracl. 857, δυςόρφναια * τρύχη Phoen. 325 c. *perquam atri panni*, unde lexicogr.; verbalia sunt praeter notiora δυςξύνετος ac δυςφύλακτος: δυςεκπέραντος * Hipp. 678, 883 c., δυςεξήνυστος * δεσμός Hipp. 1237; [2]) δυςτόπαστος ** εἰδέναι Troad. 885, αἰνίγματα Suppl. 138, Plut. vit. Rom. c. 21, v. Dem. c. 38, Philo, lexicogr., δυςπέρατος ** αἰών Med. 646 c. *transactu difficilis* (an fuit δυςπέραντος?) Strabo XV, 697; unicum terminationem $\overline{\eta\varsigma}$ praebet: δυςπρεπής ** Hel. 303 (Hesych. aliunde dativum affert.) Claudat agmen δύςτοκον * δάκος frgt. 855 ap. Ael. N. A. XIV, 6.

---

1) In membranis quibusdam legitur δύστηνος, quod interpretamentum redolet. 2) δυσέκφευκτος ** dixit Theodect. frgt. 10, 4, poster.

Is addit: ὑπὲρ ὅτου δὲ λέγει δύστοκον, τοὺς κριτικοὺς ἐρέσθαι λῷον. Immo vero noli hodie; nam alii active alii passive vertunt: his interim assentiendum est, ut sit *male nata fera* ac vixdum recedat ab ἄμορφος. —

c. In quibus membrum praecedens praepositio est.

G. Curtius in grammatica gr. §. 359, adn. 3 horum tria genera esse allatis exemplis docet. Sunt enim aut possessiva aut determinativa aut obiectiva. Verum quoniam apparet, possessiva rariora esse, minus rara determinativa — his enim inprimis accensenda sunt, quaecunque ex praepositione ac stirpe verbali coaluerunt — omnia, ne hic nimis lacer fiat locus, simul enarrare placuit.

Ἀμφί: Aeschyleum est ἀμφιμήτωρ Aesch. frgt. 71, Eur. Androm. 466 c., cum Sophocle commune ἀμφιτρής Phil. 19, Eur. Cycl. 707. Euripidea sunt, possessiva: ἀμφίκρανος** ὕδρα Herc. f. 1274 *utrimque capita habens*, quod obiectivo sensu (*caput cingens*) admisit Philipp. Thessal. in Anth. Pal. VI, 90, 6; ἀμφίπυλον* μέλαθρον Med. 135 c. *duas portas habens*, ἀμφίχρυσον* φάσγανον Hec. 543 *circum auro instructus*, ἀμφίκρημνον ** ἄγκος Bacch. 1051 *utrimque praecipitia habens*, Nonn. Dionys. XIII, 127; apud posteriores ac praesertim in infima graecitate metaphor. legitur, quem usum praeiverat Lucian. Philopatr. 16: ἀπάτη; Suid: περίκρημνος ἢ βραχυτάτη;[1] obiectivum unicum est: σφαγαὶ ἀμφιβώμιοι * Troad. 562 c. *caedes circum aram patratae*; cetera determinativa: ἀμφιδάκρυτος * πόθος Phoen. 330 c. *desiderium quasi circumfusum lacrimis*, ἀμφίτορνος * ἀσπίς Troad. 1156 *circum tornatus*, ἀμφιφανής ** Androm. 834 c., quod adiectivum ab astrologis si non inventum sane inprimis divulgatum est. —

Ἀνά: Nil occurrebat praeter ἀνάδετοι * μίτραι Hec. 923 c. (adiect. verb.), quod utrum significet: μίτραι, *quae religantur supra caput*, an *quibus crines religantur*, non constat

---

1) Offenderis credo in interpretamento βραχυτάτη; exspectet aliquis τραχυτάτη, siquidem non metaphoricae significationis inest paraphrasis, quam alia glossa (Bekk. A. Gr 389, 2) continet ‚ἑκατέρωθεν ἐπικίνδυνον.'

interpretibus: his neque schol. Aristoph. Plut. 589: ‚κόσμος ἀνάδετος γυναικεῖος (quae non debebant seiungi), ὅς καὶ ἀναδέσμη λέγεται' aliquo modo opitulatur; sed in Euripide quidni mitrae, quibus religantur crines, ipsae religatae esse dicantur?

Ἀντί: Aeschylea sunt: *ἀντίμολπος* Agam. 17, Eur. Med. 1176, *ἀντίπαις* Eum. 39, Eur. Andr. 326. Euripidis sunt: *ἀνθάμιλλος* ** Ion. 606 *adversarius*, Lyc. 429, schol. Pind. ol. V, 35, Eust., *ἀντίψαλμοι* * *ᾠδαί* Iph. T. 179 c. Hesychio, qui ex Euripide affert, *ἀντίστροφοι*, *ἀντίλογοι* * *τύχαι* Hel. 1142 c. (Quintilian.); obiectivum est *ἀντίπυργος* ** *πέτρα* Bacch. 1097, Hesych. ex Eur. *ἰσόπυργος*, Liban. I, 358 al. (nom. propr.). Ne quid praetermisisse credar, addo quod certe primum apud Euripidem legitur *ἀντίπορθμα* ** *πεδία* Ion. 1585, frgt. 519, postea ab Aristotele, Lycophrone, Strabone usurpatum.[1])

Ἀπό apparet obiective usurpatum in *φόνος ἀπόφονος* *[2]) Orest. 163 c., *αἷμα* 192 c. *de matricidio Orestis iniustissimo*, *ἀποβώμιος* * Cycl. 365 c. *alienus ab ara*, i. e. *impius*, Hes., Eust. His addo *ἀπόφθεγκτος* * Iph. T. 951 *elinguis*, i. e. *a sermone semotus*.

Διά: Euripidis, credo, est *δίαιμος* ** *ὄνυξ* Hec. 656 c. *perquam sanguinolentus unguis* (ig. determ.) praeter medicos usitatum Polybio VIII, 14, 5, Plut. Eidem Marklandus restituit *διαίμων* * *θεά* Iph. A. 1514 c., quae perplacuit Hermanno coniectura. Adiicio *διαρρώξ* ** Iph. Taur. 262 *anfractus*, Oppian. Hal. V, 216.[3])

Ἐκ: Collegi *ἐκγενέτης* * Bacch. 1155 c., *ἔξορμος* ** *Κρῆτας* Hippol. 156 c., aliter Aristot. p. a. IV, 12 (nonnisi de coniectura), porro quod, si non invenit Euripides, sane in deliciis habuit: *ἔκβολον* ** *βρέφος οἴκων* Phoen. 804 c., *ἔκβολον κόρης* Ion. 555, *ἔκβολον νηδύος* Bacch. 91, *ναὸς ἔκβολα* Hel. 422, 1214 *navis fractae tabulae*, *πόντου ἔκβολον* Iph. T. 1042

---

1) Sed *ἀντωπός* Iph. A. 584 c. his non addiderim. 2) Aesch. Ag. 801 *ἀπόμουσος* invenit, idque Euripidi placuit Med. 1089 c., *ἀπόξενος* hoc sensu dixit Soph. O. T. 196. 3) De hoc vid. Lob. Paralip. pag. 285 —

sinus, ubi vid. Herm. Haec significationum diversitas maior videtur esse, quam est revera. Priore admisit Lucianus tragodop. 214, quum Euripides alibi ἔκθετος (Androm. 70) consimiliter dixerit et primus quidem neque vero solus. His — qua fide sint, non audeo dicere — ex Rheso 304 adiungo: ἐξαυγής. *

Ἐν: Quod in Rheso 289 est ἔνθηρος δρυμός, id ex Aeschyl. Ag. 540, sed commutata significatione petitum est, quum in Aeschylo obiective, in Rheso possessive sumendum sit (vid. Todt p. 31): quae significationis commutatio cui duriuscula videtur, ei proponam, quae in promptu est, coniecturam εὔθηρος, quod de locis ferarum copia insignibus Strabo, Anthol. poeta, Aristides posuerunt; cum Sophocle commune habet ἔγκληρος Soph. Antig. 814, 836, Eur. Iph. T. 682, Hipp. 1011, Herc. f. 468. — Euripidis sunt: ἐγγενέτης ** Androm. 128 c., Apoll. Rhod. IV, 1549, et obiectivum ἔμμοχθος ** βίοτος Suppl. 1084 *aerumnosus*, transtulit Nicand. Ther. 756.

Ἐπί: Rursus unicum ex Aeschylo Ag. 532 (pass.) Choeph. 826 (act.) elegit sibi Rhesi auctor 327 ἐπίμομφος (act.) Quinque inveni Euripidea; possessivum est ἐπίλογχον * βέλος Hipp. 221 an. *telum cuspide praefixum;* determinativum est ἐπίφρουρον * ξίφος δέρῃ θυγατρός Orest. 1575 *gladius cervicem custodiens*, quod item possessivum erit, si ἐπὶ τῇ δέρῃ φρουρὰν ἔχον explicatur, tum ἐπῆλυξ * πέτρα Cycl. 680 *umbram praebens rupes.* Obiectivum est ἐπιδέμνιος * (ἐς εὐνάν) Hec. 927 c. *qui supra strato est* (vid. Herm.); item obiective explicandum est ἐπιφύλιος * χθών Ion. 1577, per se quidem recte Hermannus: τὴν ἐπὶ ταῖς φυλαῖς οὖσαν *tribubus permissam earumque potestati subiectam;* modo satis recte se haberet lectio: vereor enim ne non iniuria reddiderit Euripidi Hartungius τετραφύλιος.

Κατά: κατάπτερος Orest. 177 c. Aeschyleum est; cum Sophocle commune καταστεφής Tr. 178, Eur. Suppl. 259 poster. In eis, quae redeunt ad nomina, praepositionis id officium est, ut explicet aliquem eius rei, quam indicat membrum subsequens, aliquomodo participem esse. Sunt vero etiam, quae

cum pulvisculo se expendi non patiantur. Illa igitur ad determinativa pertinent, velut κάθαιμα * τραύματα Iph. T. 1374, σῖτα Herc. f. 384 c., κατάχαλκος * ἰτέα Heracl. 376 c., πεδίον Phoen. 110 c., δράκων Iph. T. 1246 c. (ubi Hermannus scripsit κατάχλαινος) *aeratus*, Constant. Manass., καταβόστρυχος ** Phoen. 146 c. *cincinnis obvolutus* Heliod. VII, 10, Aristaenet. II, 19, Suid. ex Eur., porro fere non dubito, quin Euripidi debeatur κατάκομος ** Bacch. 1187 c., quod Pollux inter πρόςωπα γυναικεῖα affert; neque posteris ut Philostrato, Himerio, Luciano inusitatum est, idem cadit in κατάδρομα ** πυρὶ μέλαθρα Troad. 1300 c. *percursus* (multo post *spatium, in quo decurrunt equi*), κατόψιος ** Hipp. 30, quod vertunt *e regione*, est autem *oculis expositus*, Apoll. Rh. Arg. II, 543; κατᾴορος ** δάκρυσι Troad. 1090 c. dictum de *liberis, qui lacrimantes matrum ulnis implicantur*, ut ait Hermannus (quasi *suspensus* ut μετήορος) [1]) Apoll. Rh. Arg. II, 1042, Anth. II, 560, denique vix merito adimas Euripidi κάτοινος ** Ion. 553 *vinolentus* Diod. V, 26, Dionys. Hal. ap. Suid., commendatum a Phryn. in Bekk. A. G. p. 43, 12.

Μετά: bis apparet in μεθημέριοι * ἔφοδοι *diurna itinera;* id obiectivum est sicut μετακύμιος ** ἄτας Παιάν Alcest. 91 c. i. e. μετά vel cum schol. μεταξὺ κυμάτων ἄτας φανείης, ex Euripidis fabrica, licet Hesychius μετακύμιον interpretetur τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων, quocum scholiasta apposite confert μεταίχμιον; αἱ μετακυμίαι Numen. ap. Euseb. praep. ev. 11. p. 543 C.

Παρά: Sophocleum praemitto παρέστιος El. 269, Antig. 373, Eur. Med. 1334; Euripidis est: παράβακτρον * θεράπευμα Phoen. 1548 c. *ministerium iuxta baculum praestitum,* ig. obiective, sed παράτονοι ** χεῖρες Alc. 399 c. *protensae* i. e. *rigidae manus* determinativum est, ceterum alia significatione ap. Hesychium: βαρβαρισμός παράτονος (a τόνος) διάλεκτος.

Περί: περικύμων ** νῆσος Troad. 800 c., Archestr. ap. Ath. I, 29 et III, 111, περικίονες ** ναοί Iph. T. 405 c. frgt.

---

1) Vid. Lob. Prol. Path. p. 269.

370 c. (*θάλαμοι*) allat. a Poll. I, 78[1]) attributiva sunt, sed *περίπλευρον* * *κύτος* Electr. 472 c. *lorica latera circumdans* obiectivum.

Πρό: *πρόκωπος* Orest. 1477 c. Aeschyleum est. Euripidis: *προβακχήιος* * *δαίμων* Bacch. 413 c. *dux baccharum*, *προβώμιοι* * *σφαγαί* Ion. 376 *ante aram immolatio*, *προβώμιον* Heracl. 79 quasi *vestibulum*, quae obiectiva sunt. —

Πρός: Obiectivum suppeditat Rhes. 273 *τύχαι προςαύλειοι* * *quae in praedio acciderunt*, sed *πρόςδετος* ib. 307 Anthol. determinativum est. —

Σύν: *σύγχορτος* Herc. f. 371 c. Andr. 17 Aeschyleum est. — Nullam praepositionem hac studiosius formandis nominibus voluit inservire Euripides, nullam vero etiam inutilius subinde adhibuit: quae inutiliter praeposita est substantivis nonnullis, velut in *συγκασιγνήτη* * Iph. T. 800 fortasse ob augendam vim, *σύγκασις* * *κούρα* Alc. 410 c. eadem significatione, ad vocem *germana virgo*, *συγγείτων* * *γαῖα* Suppl. 386, *συμπολίτης* ** Heracl. 826, frgt. 394, quod ut *οὐ δόκιμον* affert Poll. III, 51, cui non suffecit tragici auctoritas (vid. Lob. Phryn. p. 172), Phrynichus autem, Herodianus, schol. Arist. Pac. 909 omnino proscribunt. Inclaruit certe posteriore tempore. In his igitur si apparet languere praepositionem, fatendum tamen est, habuisse, cuius vestigia insisteret, Aeschylum, qui *συνομαίμων* [2]) dixerat, ubi vel *συναίμων* vel *ὁμαίμων* erat satius, sed admissum ab Eur. Iph. T. 848 c. Hel. 640 c. Ceterum quod schol. Alc. 410 affert *συνάδελφος*, id non sane potuit promere ex Xen. Mem. II, 3, 4, ubi *συνάδελφος* et *ἀνάδελφος* sibi opponuntur. In reliquis partes suas praepositio agit: *συγκυναγός* ** Iph. T. 709, Hipp. 1093, Bacch. 1146, Plut. Mor. p. 749 E., schol. Arat. 27, *σύνηβος* * Herc. f. 438, *συνοικουροὶ* * *κακῶν* Hippol. 1069 audacius dictum, sunt enim, ut vertit Valckenarius, *domi simul cum aliis mala patrantes*, *σύμβακχος* ** *Κασάνδρα θεοῖς* Troad. 500, Philodem. ap. Ath. X, p. 445 B, Hellad. ap. Phot. Bibl. p. 534, 6; *συν-*

---

1) Ceterum Soph. Ant. 283 dixit eodem sensu *ἀμφικίων*. 2) Similiter dictum est, quod legitur Achae. frgt. 13 *συνομώνυμος* poster.

νυμφοκόμος * Iph. A. 48 an., *σύμμολπος* * *φόρμιγξ* Ion. 165 an. i. q. *συνῳδός*, *σύμφυρτος* * Hipp. 1234, *σύγκρατον* ** *ζεῦγος* Androm. 495 an. *eodem fato coniunctum par*, Lucian. Amor. c. 12, al.; possessiva sunt: *σύνοπλα* * *δόρατα* H. f. 127 c. per metonymiam, sunt enim *doryphori una cum aliis arma gestantes*, *σύλλεκτρος* ** Herc. f. 1 de Amphitruone, igitur *una cum Iove lectum habens*, quo sensu de Ixione habet Lucianus Deor. Dial. VI, 5, sed Herc. fur. 1268 *coniux* est, ut Lycophr. 115, Anth. VI, 657, 3; item possessiva notio gliscit in *σύγκληρος* ** *χθών* Heracl. 32, *consors terra*, Nic. al. 1, ac signif. *sorte datus* saepius ap. Plut. Luc. alios. Sed quod item possessivum est neque ante Euripidem legitur *συντράπεζος* Andr. 656, Xenoph. Anab. I, 9, 31, Babr., al. nescio an non satis probabiliter Euripidi tribuatur. Neque *σύνδεσμα* Hipp. 199 an., Bacch. 697, Med. 1193 afferre attinet, quia sunt, qui adscito metaplasmo interpretentur.[1])

Ὑπό: Nihil habeo praeter obiectivum *ὑπόδρομος*** *ἴχνους πέτρος* Phoen. 1391, Orph. Arg. 800, (quod Euripidis esse credo, licet substantivum *ὁ ὑπόδρομος* et saepius occurrat, et nomen proprium sit), nam nil attinet afferre *ὑπώροφα μέλαθρα* Phoen. 299 c., H. f. 107 c., *βοά* Or. 147 c., El. 1166 c., Luc. Anth., quandoquidem usitatissimum est inde ab Homero *ὑπωρόφιος*. —

Ὑπέρ: *ὑπερκότως* Herc. f. 1086 post Aeschyl. Ag. 822 dixit. —

§. 7. IV. Obiectiva sive composita rectionis.

In hac quoque parte ei, qui magna ac tragoedia digna dicturus esset, satis libere exspatiari licuit. Sane enim suo iure G. Curtius in Erlaeuterungen zur gr. Gr. p. 146 attributivorum genus mirae brevitatis gratia perfectissimum et ex minore nonnisi parte prosae orationi congruum habet, quemadmodum Aeschylum in horum formatione quasi ducem Euripidi fuisse videbimus: conatu igitur quo eduntur sine dubio attri-

1) Cum Sophocle commune unicum saltem adscribo *σύνθακος* O. C. 1267, Eur. bis, ut *συνέστιος*, *συνναύτης*, *σύμμικτος* alia missa faciam.

butiva antestant obiectivis, at quum sint attribuendi notione consociata, qui tanquam aequabilitatis cuiusdam fons haberi possit, obiectiva contra, quae maximam partem progignuntur ὀνόματος cum ῥήματι vel deducto a ῥήματι coniunctione, varietate, ut ita dicam, quadam conspicua sunt. Obiectivorum duplex genus est, quoniam aut praecedit aut subsequitur membrum pendens, subsequitur autem raro. Exordiar ab iis

A. In quibus membrum pendens praecedit.

Quum membrum regens aut substantivum aut adiectivum aut a verbo ducendum sit (pendens enim semper substantivum est), apparet horum tres ordines statuendos esse. 1) Primum aggredior quae ex duobus substantivis conflata sunt longe plurima substantiva: in his aut genitivum possessivum aut obiectivum deprehendes. Nonnulla sunt superiorum poetarum, ut ex Homero notissimum δημογέρων Andr. 300 c. et commune cum Sophocle ἱπποβουκόλος[1]) frgt. 949, Eur. Phoen. 28. Euripides dixit suo periculo: νεκροθήκη * frgt. 475 c. *sepulcrum*, ad quod invitare potuerunt tot alia cum θήκη iuncta vid. Lob. Paralip. 374 (de terminatione non addita vid. eundem Phryn. p. 492,)[2]) ναοφύλαξ ** Iph. T. 1284 *aedituus*, Aristot. Pol. VI, 8, quum a ναῦς *navis custos* sit Soph. frgt. 144 (vid. Weicker. l. c. p. 20): ad hoc quoque non dubito quin Euripidem pellexerit compositorum copia, (Aeschylus finxit οἰκοφύλαξ, Euripides Ion. 54 cum Herodoto IV, 13 commune habet χρυσοφύλαξ); idem valet in tertium οἰωνόμαντις ** Phoen. 767 *qui ἀπ' οἰωνῶν (ex auguriis) vaticinatur*, Dionys. Hal. A. R. III, 69, 72, nam et Aeschylus (vid. Todt. p. 16 et p. 33) et Sophocles (vid. Weicker. p. 11) indidem quaedam finxerunt; βούσταθμα * Iph. A. 76, Hel. 29, sed masc. form. βούσταθμοι

---

1) Fortasse non reprobanda est Nauckii opinio Pollucem in poetae nomine errasse, ita ut ἱπποβουκόλος, cuius certum apud Euripidem exstat exemplum, huic omnino iniungatur, prorsus autem adimatur Sophocli. 2) Observatione Lobeckii omnino efficitur, ut expellatur quod Poll. III, 58 prius exstabat ut Euripideum ξειναπάτη, in cuius locum intellectum est reponendum esse ξεναπάτης, quod ex Pindaro Euripides deprompsit.

Hel. 359 c. *bubile*, allatum a Poll. I, 249; ἱππόδεσμα * Hipp. 1225 *equorum vincula, lora*; κνεφαία ἀλίου ἱππόστασις ** Alc. 593 c. vertunt *crepusculum*, tum frgt. 771 erit *diluculum, equile* ap. Poll. I, 184, Polyb. XIII, 8, 3. Addo στασιωρός * Cycl. 53 c. *stabuli custos*. His accedat ex Chaeremone frgt. 14 σεληνόφως * *lunae lux*. Adiectiva nonnisi duo inveni, in Euripide δοριμήστωρ ** Ἐνυάλιος Andr. 1016 c. [Hesychius aliunde (an ex Euripide?) affert δορυμήστορας, Suid. δορυμήστορος],[1]) alterum in Astydam. frgt. 6: οἰνομήτωρ * ἄμπελος; Euripideum παλαιομήτωρ inter determinativa retuli. 2) Non inveni, in quibus membrum subsequens adiectivum est praeter λαρκαγωγοὶ * ὄνοι frgt. 285 *corbem gestantes*. 3) Patet igitur transitus ad ea, in quibus membrum subsequens a verbo ducitur. Priore loco proponam:

a. quae accusativum habent.

In his nonnulla substantiva sunt. Aeschyleum est παιδολέτωρ Sept. 707, Rhes. 549 c., Pindaricum μηλοβότης Pyth. I, 48, Eur. Cycl. 53 c., sed vix cum Sophocle Phil. 214 commune ἀγροβότης Cycl. 54 c., quoniam Cyclopis loco potius ἀγροβάτης * scribendum est; addo etiam cum Aristophane commune unicum ἱππονώμας ** Hipp. 1399, Aristoph. Nub. 571 c. Certe Euripidea sunt: μηλονόμης * Alc. 572 c. et μηλονόμος * Cycl. 660 c. (ut Suidas explicat μηλοβοτήρ) *opilio*, ὀλβοδότης ** Bacch. 572 c., Orph. H. 67, 9 et Welck. syll. n. 169, 10;[2]) οἰνοδότης * Herc. f. 682 c., ξενοδαίτης * Cycl. 659 c. *qui hospitibus vescitur*, ξενοδαίκτης * Herc. f. 391 c. *qui necat hospites*, μητροφόντης ** Orest. 1587, Andr. 999, δράκων Orest. 479, 1424 c. exempli gratia allatum ab Aristot. Rhet. III, 2 et ut ποιητικὸν ἐσχάτως notatum a Poll. III, 13. Feminina addo haec: ὀλβοδότειρα ** Εἰρήνα Bacch. 419 c., Orph. H. 59, 11, Oppian. Cyn. I, 45, ὑπνοδότειρα ** Orest. 175 c., Anth. Pal. Append. 261, et quod ob liberiorem commissuram insigne est τελεσσιδώτειρα * Μοῖρα Heracl. 899 c.

1) Ceterum unicum ex Aeschylo deprompsit: γυναικόμιμος Prom. 1007, Bacch. 980 c. quod etiam Soph. habet frgt. 698. 2) Quod epigramma in nostrae aetatis annum 10 vel 15 referunt.

effectum dans, tum παιδολέτειρα ** Med. 849 c., Anth. Plan. IV, 138, Nonn. Dionys. 48, 748. Ab his nihil recedit μηλοθύτης * ἐσχάρα, βωμός Iph. T. 1116 c. Alc. 121 c. per tolerabilem metonymiam vid. Lob. ad Ajac. 230. Addo neutrum unicum ναύδετον * Troad. 811 c. *rudens*. Iam procedant adiectiva; vere Homerica sunt: ὠμοφάγος χάρις Bacch. 139 c., δαῖτες frgt. 475 an. et κουροτρόφος bis in Euripide], sed satis late patet inde ab Homero; Aeschylea: πυρπνόος Prom. 921, Eur. Med. 478, El. 473 c., quum Pindaricum πυρίπνοος catervatim poetae posteriores adoptaverint, βροτοφθόρος Aesch. saepius, Eur. frgt. 268, τειχεσφόρος Choeph. 617, Eur. Suppl. 654, Rhes. 267, quum ibidem v. 3 an. legatur forma τειχοφόρος, πεδοστιβής Aesch. bis, Eur. Hel. 1516, Med. 1123, frgt. 672, Rhes. 763, πανόπτης Aeschyl. bis, Eur. Phoen. 1115, πολυκτόνος ambo saepius, item post Aeschylum dixit βούθυτος (de quo vid. infr.) et ἀνδροκμής Suppl. 525, quum quater sit in Aeschylo; neque non Sophoclea in promptu sunt: παιδοκτόνος Antig. 1305, Eur. Herc. f. 835, 1381, κερουλκός Soph. frgt. 774, Eur. Orest. 268 (aliter), κωδωνόκροτος Soph. frgt. 774, Rhes. 384 c., δορυσσόης Soph. Aj. 1188, Eur. Heracl. 774 c., ὠμοβρώς Soph. frgt. 726 (nisi hic restituto accusativo *crude devoratus* ig. determinative interpreteris) Eur. Herc. f. 889 c., accedat καράτομοι χλιδαί Soph. El. 52 *de cincinnis e capite resectis*, σφαγαί Rhes. 606 active, sed passivo sensu adiectivum legitur Alc. 1118 (Γοργώ) et καράτομος ἐρημία Troad. 564 c. nisi Troad. quoque loco mutato accentu praetuleris significationem activam, denique ut vulgatius accedat σακεσφόρος Aj. 19, Phoen. 139. Procedant Euripidea: terminationem $\overline{o\varsigma}$ adsciverunt: βροτοκτόνοι ** θυσίαι Iph. T. 1384, Orph. H. 64, 2, ἀνθρωποκτόνος ** Iph. T. 389, βορά Cycl. 127, poster. perraro; ceterum in Cycl. loco cur proparoxytonesis eligenda sit, quemadmodum lexica docent, non video, sunt enim *epulae hominem necantes*; ἐλαφοκτόνος * Ἄρτεμις Iph. T. 1113 c., τεκνοκτόνον ** μύσος Herc. f. 1155, Philo; θηροκτόνος ** Ἄρτεμις Iph. A. 1570, φοναί Hel. 154, τραγοκτόνον * αἷμα Bacch. 139 c. i. e. φόνος *hircos caedens*, neque enim Lobeckio Aj. 228 assentiendum proparoxytonos

scribenti: qui tot produxit ex una stirpe, ei nescio an apte tribuatur *ξενοκτόνος* ** *τέχνη* Iph. T. 53 vid. Lob. Aj. 230, quod post Aeschin. 85, 42 transsumsere Plut. Mar. c. 8, Lucian. Dialog. Deor. 16, 2, Lycophr. 124;[1]) *θηροφόνος* Hipp. 216 an. Herc. f. 378 c. ex superioribus mutuatus est (Theogn. 11 dixit *θηροφόνη*); ipse finxit *γιγαντοφόνον* ** *δόρυ* Herc. f. 1193 c., Nonn. Dionys. I, 516, *γοργοφόνος* ** frgt. 975 ac fem. *Γοργοφόνα* Ion. 1478 c. (Palladis cognomen),[2]) deprompsere Cleon eleg. apud E. M. p. 329, 26, (vid. Bergk. lyr. 522) et Orph. H. 31, 8, inprimis vero Nonnus XXX, 269, XXXI, 12, 407, 506, 522, 536; *ξενοφόνοι* ** *τιμαί* Iph. T. 776, Plat. ep. VII, p. 336 D, Nonn. Dion. IX, 41, quod ut Euripideum affert Poll. III, 58; *πολυφόνος* * *κύων ὕδρα* Herc. f. 420 c., *χείρ* Rhes. 62, 465 c., plura produxit *τρέφω*: *δονακοτρόφος Εὐρώτας* Iph. A. 179 c. commune habet cum Theognide 785 idem tribuente Eurotae; tragico attribuo *μελισσοτρόφος* ** *Σαλαμίς* Troad. 799 c., Ioseph. B. I. IV, 8, 3, *θηροτρόφος* ** *Νύση* Bacch. 556 c., Apoll. Rhod. IV, 1562, Long. I, 1, Orph. H. 21, 6; *λωτοτρόφος* * *λεῖμαξ* Phoen. 1571 c., *χλοεροτρόφον* * *πεδίον* Phoen. 826 c., *χιονοτρόφον* * *ὄμμα Κιθαίρων* Phoen. 802 c., *καρποτρόφοι* ** *νεανίδες ἦβαι* Ion. 475 c. quod, nisi potius coniecturae locum dabimus, erit *liberi fructum reddentes* (vid. Herm. ad h. l.) Lyc. 1423 et in Orphicis; totidem circiter a *φέρω* proveniunt: praemitto cum Ione eleg. 1 commune *θυρσοφόρος* Cycl. 64 c. Anthol. Orph.; *ὀλβοφόρος* * Iph. A. 596 an. *divitias afferens* (Hartungius: *qui sibi reportat felicitatem* explicat, igitur i. q. *ὄλβιος*); *ἐλαιοφόρος* ** *ὄχθος* Herc. f. 1178 c., Theophr. C. Pl. II, 4, 4, Maneth. I, 100; *ἀκεσφόρος* ** Ion. 1005, Astydam. frgt. 6 (cfr. Lob. Phryn. p. 672) formatum ut *ἀνθεσφόρος* Bacch. 703; *ἀστραπηφόρον* ** *πῦρ* Bacch. 3 *fulgura ferens*, Theodor. Prodr. I, 141, *χλοηφόρος* ** Phoen. 647 c., 653 c., Empêdocl. Sphair. 142, LXX et alibi; de duobus ambigo: *κεροφόρος* Bacch.

---

1) Poll. III, 58 Herodotum habere *ξενοκτόνος* dicit, ubi non *ξενοκτόνος* legitur sed verbum *ξενοκτονέω*. 2) De hac forma vid. Lobeck. Paralip. p. 461.

691, quod etsi vix praeter Euripidem invenitur, tamen ex linguae consuetudine traductum esse probabilius est,[1]) et *μηλοφόρα πέταλα* Herc. f. 396 c., quod num novaverit dictu difficile est, siquidem exercitus Persici pars *μηλοφόροι* vocabantur vid. Athen. XII, p. 514 D et al.: mihi a tragico novatum videtur. Accedunt *κουροτόκος* * Suppl. 957 c., *κρεανόμος* ** Cycl. 245, Lycophr., Const. Manass. (verbum *κρεανομέω* posteris satis usitatum est), *θυοδόκοι* * *δόμοι* Ion. 511, *οἶκοι* 1549, *ἀνάκτορα* Andr. 1157, (*βωμοί* Hesychius affert ex Euripide ut videtur), *ὑγροβόλοι* * *σταγόνες* frgt. 836 an. *humorem proiicientes guttae*, *πυριβόλοι* ** *Διὸς παγαί* frgt. 781 (forma *πυροβόλος* apud Plut. aliosque saepius), *χαραβόλοι* * *χερμάδες* Bacch. 1096, quod reddendum est Euripidi pro eo, quod nunc legitur *κραταιβόλος*: id enim neque idem esse potest, quod *χαραβόλος* neque *magna cum vi iactus*;[2]) porro *ὑδρηχόον* * *πῶμα* frgt. 884, quum *ὑδροχόος* apud Plutarchum et in Anthologia inveniatur, *μυδροκτύπον* * *μίμημα* Herc. f. 992, Hes., *λαιμοτόμος χείρ* Iph. T. 444 c., Anth. VI, 306 sed *λαιμότομος μόσχος* Hec. 208 c., *σταλαγμοί* Ion. 1055 c., *κεφαλαί* Iph. A. 776 c., *φυὰ Γοργόνος* El. 459 c., Maneth. IV, 50 passive sumendum est *(iugulatus)*, quo sensu *λαιμότμητον* ** *κάρα Γοργόνος* Phoen. 455 legitur, quod rursus active apud Aristoph. Thesmoph. 1054 c., *νεκροπομπός* ** Alc. 441 c., Lucian. Dial. Deor. 24, 1, *ναυσίπομπος* * *αὔρα* Phoen. 1712 c., *νυμφοκόμος* ** *γάμος* Iph. A. 1087 c. *nuptiae sponsam curantes* i. e. *sponsales* Nonn. Dionys. XLVIII, 183, *λινοπόροι* * *αὖραι* Iph. T. 411 c. *vela perflantes venti*, *ἀποινόδικοι* * *δίκαι* Herc. f. 889 *poenam petentes* (ubi Pflugkius *ἀπόδικοι* coniecit in modum Euripidei *φόνος ἀπόφονος*), *πρυμνοῦχος* ** *Αὖλις* El. 1022, Anth. Pal. VII, 374, 6, *λαμπαδοῦχος* ** *ἡμέρα* Iph. A. 1506 c., schol. Arist. Ran. 131, Lycophr. 734, *λογχοποιός* * Bacch. 1208, *ὑμνοποιός* ** Suppl. 180, *μοῦσα* Rhes. 651, Epigr. in Mus. Rhen., *αἰσχροποιός* ** Med. 1346, in parodia

1) Formam *κερασφόρος* habes Phoen. 248 c. et satis saepe apud posteriores. 2) Ceterum *κραταιβόλος*, si quis velit tueri, Euripidis et ipsum inventum erit.

apud Athen. XIII, p. 582 D, poster., ex Rheso 964 accedit *καρποποιὸς* * *Δημήτηρ* et ex Achaei frgt. 12 adiungo *καρυκοποιός*; * porro Euripidis sunt *ὀλβιόδωρος* ** *χθών* Hipp. 750 c., Anthol. XI, 60, 9, *ὑλουργός* ** Herc. f. 241 Iosepho ac Dionysio usitatum et allatum a Poll. VII, 101, *οἰωνοσκόπος* ** Suppl. 500, Strab. XVI, p. 762 al. (unde duxit verbum poeta), *παιδογόνος*** Suppl. 629 c., Pseudophocyl. 175, Anthol. Theophr., sed *οἰκοφθόρος* rectius ad linguae consuetudinem retuleris. Ex Ionis frgt. 25 huc redit *ὀμματογράφος* * *στίμμις*. — Catalexis $\overline{τος}$ apparet in *ὀφθαλμότεγκτος* * *πλημμυρίς* Alc. 184 *oculos madefaciens*, et *ῥακόδυτος* * *στολή* Rhes. 712 c. siquidem audaciori metonymiae subvenire licet, nimirum vid. Lobeck. ad Aj. pag. 233, 7. Suffixum $\overline{μων}$ ter habes in *χιονοθρέμμονες* * [1]) *σκοπιαί* Hel. 1323 c. *nives alentes speculae*, *κυμοδέγμων* * [2]) *ἀκτή* Hipp. 1173 *fluctus excipiens*, *τεθριπποβάμων* * *στόλος* Orest. 989 c., quo duxit Euripidem ab Aeschylo transsumtum *ἱπποβάμων*. Item ter apparet terminatio $\overline{τωρ}$: *θεοσέπτωρ* * Hipp. 1364 an., *διογενέτορες* * *ἔναυλοι* Bacch. 122 c. sollerter quasi *natalicia Iovis antra* i. e. *in quibus Iupiter natus est*, *χαλκεομήστωρ* * Troad. 271 *mentem ferream habens* ex certissima Kirchhoffii emendatione vulgatae *χαλκεομίτωρ*. — Terminatio primae declinationis $\overline{της}$ repraesentatur in *πανδερκέτης* * El. 1177 c. ac, siquidem huc trahere velis, in eo, quod a Phrynicho dictum esse perhibet Eust. od. p. 1430, 62: *ἀργιμήτας* * *ταῦρος* ab Hesychio explanatum *ταχύμητις. ἢ λευκὸς παραγώγως. λέγεται δὲ ἐπὶ τοῦ διακομίσαντος τὴν Εὐρώπην*. — $\overline{ης}$ apparet in *μελιβόας* * *κύκνος* frgt. 775, 32 c. quasi *mellita canens*, at singulariter formatum est *νυμφόβας* * Achae. frgt. 51 *nymphas conscendens*; $\overline{ης}$ tertiae declinationis habes in *στερνοτυπεῖς* ** *κτύποι* Suppl. 604 c., Anthol. VII, 711, 10, *ψυχορραγεῖς* * *γυναῖκες* Iph. T. 1466 *animam rumpentes*, *ἁμαξοπληθὴς* ** *λᾶας* Phoen. 1158, Lucian. V. Hist. I, 41, Constant.

1) Aeschylus dixerat *πελειοθρέμμων* et *πολυθρέμμων* vid. Todt. p. 38, Pindarus *ὀλβοθρέμμων*. 2) Aeschylus item praeiverat *οἰστοδέγμων* vid. Todt. ibid.

Man. Chron., χρυσανταυγῆ * πέταλα Ion. 890 c. *auro resplendentia folia:* a quibus paulum recedunt γηπετεῖς * ὀδόντες Phoen. 688 c. *in terram delapsi* et γονυπετεῖς ** ἕδραι Phoen. 293 c. *sedes eius qui in genua procidit.* Singulariter dicta sunt ὀνειρόφρων * Hec. 709 *somniorum peritus* ac quod terminatione caret ἀνδροβρὼς ** γνάθος Cycl. 92, χαρμοναί Herc. f. 384 c., ἡδοναί frgt. 541, Anthol. Pal. XV, 26, 17. Denique addo quae adhuc asservavi ex πολέω composita, quae, quoniam accusativum adsciscit πολέω, hunc sibi locum vindicant, quamquam apparet significationem verbi magis minusve evanuisse: [1]) μαντιπόλος ** Βάκχη Hec. 121 an. Christodor. Ecphr. 287, Maneth. VI, 306, si est Euripidis, quum verbum sit in Aeschylo, νυκτιπόλοι ** Βάκχαι Ion. 717, ἔφοδοι 1049 c., Ζαγρεύς frgt. 475 an. *noctivagus*, Apoll. Rhod. bis et al., πυρπόλος κεραυνός Suppl. 640, siquidem licebit assignare Euripidi vocabulum, unde vulgatissimum verbum derivandum est πυρπολέω. — Venio ad ea

b. quae dativum habent.

α) sensu activo.

Praemitto Hesiodeum ὀρεσσινόμος, quod est mutata commissura ὀρεινόμος Herc. f. 364 c., Aeschylea δοριπόνος Sept. 153, 610, Eur. El. 471 c., Iph. A. 771 c., τοξόδαμνος Pers. 87, Eur. Hipp. 1451, αἱματοσταγής Ag. 1268, Sept. 816, Eur. Suppl. 812 et αἱμοσταγής Eum. 358, Eur. frgt. 387. Cum Sophocle dixit ξιφοκτόνος Aj. 10, Hel. 355. Novata sunt haec: νυκτιβρόμιος * σύριγξ Rhes. 552 c., ὀρειδρόμος * ἔλαφος Iph. A. 1593, Bacch. 986 c. [ὀρεσσιδρόμος Nonnus saepius et Orph. (vid. Lob. Paralip. 455)] *montivagus*, ὑλοφορβοὶ * βόες Iph. T. 261 (nisi praetuleris accusativum), δακρύρροοι * μολπαί Suppl. 773, πηγαί Herc. f. 98 *lacrimas stillantes*, κυματοφθόρος * ἁλιαίετος frgt. 637, quod Valckenario *marinus praedo* videtur esse, Wagnero *verberatus fluctibus;* ceterum moneo exstare Ruhnkenii coniecturam non sane malam

---

1) vid. Lobeck. ad Aj. p. 231.

κυματότροφος; catalexis $\overline{\tau o\varsigma}$ apparet in *νυκτίφαντος* * *πρόπολος* Hel. 570, *πυρίστακτος* * *πέτρα* Cycl. 298, *αἱματόρρυτοι* * *ῥανίδες* Iph. A. 1515 c. *sanguine fluentes guttae*, *ἀνθεμόρρυτον* ** *γάνος* Iph. T. 634 *a flore fluens*, *λαιμόρυτος* * *σφαγή* Hel. 355 c. loco fere insuperabili audacia conspicuo.[1]) Suffixum $\overline{\eta\varsigma}$ tertiae declinationis apparet in *σιδηροβριθὲς* * *ξύλον* frgt. 535 *ferro gravis hasta*, *δοριπετῆ* * *πεσήματα νεκρῶν* Andr. 653, *ἀγωνία* Tr. 1003 *pugna in qua hasta perimuntur*, $\overline{\tau\eta\varsigma}$ primae declinationis apparet in *ἀργυροῤῥύτης* * *Ἕβρος* Herc. f. 386 c. *fluenta habens argentum vehentia*, *μονοδέρκτης* * *Κύκλωψ* Cycl. 79 an., *δημοχαριστής* * Hec. 132 an. *qui populo lubenter gratificatur* allatum a Polluce IV, 37; $\overline{\omega\nu}$ semel habes in *πυριφλέγων* * Bacch. 1018 c.

β) sensu passivo.

Homericum est, ut *θεόδμητος* mittam, quia et alii ante Euripidem indidem depromserunt, inprimis *ἱππόβοτος* Androm. 1229 an., Suppl. 365 c., Hesiodeum *Θηβαγενής* Supp. 136, Pindaricum *ἱππόκροτος* Pyth. V, 123, Eur. Hipp. 229 an. Hel. 207 c., Aeschylea *ναύπορος* Eum. 10, sed. Eur. Troad. 877 *ναυπόρος πλάτη* sensu activo, quum *ναυσιπόρος* activo sensu dixerit Iph. A. 172 c., Rhes. 48 c., *θαλασσόπλαγκτος* Pr. 468, Eur. Hec. 782, *ναύφρακτος* Pers. 926, 998, Eur. Iph. A. 1259, *χρυσότευκτος* Sept. 641, Eur. Phoen. 220 c., *ἀργυρήλατος* frgt. 179, Eur. Ion. 1181 (mitto vulgatius *χαλκήλα-*

---

1) Verba *ξιφοκτόνον δίωγμα* appositionis vice funguntur: sed iungenda sint *ξιφοκτόνον δίωγμα λαιμορύτου σφαγᾶς*. Pflugkius qui genitivos hos pendere vult e sequente *ἔσω*, quum *σφαγή* hoc loco *iugulum* esse dicat, quam significationem adiectivo *λαιμόρυτος* tribuat, non video: si cui parum probabile videatur *σφαγήν* (*plagam*) dici *λαιμόρυτον*, ei propono aliam significationem vocabuli *σφαγή*, ut sit ‚*cruor quatenus oritur σφαγῇ*,' non *sanguis*, quemadmodum *αἵματος σφαγή* *cruor* est ap. Aeschyl. Agam. 1389: tum habes *gladio perimens persecutio cruoris de iugulo procidentis*. Saltem Agamemn. loco *σφαγή* propter verbum *ἐκφυσιάω* *caedes* esse nequit nec vero *αἵματος σφαγή* de eadem causa *αἷμα ἐσφαγμένον*: contra si quis ‚*caedem exhalare*' (ut vertit Klausenius) dici potuisse statuit, non debet offendere Hel. loco in verbis *caedes de iugulo procidens*. Ceterum *caedes* interdum idem est quod *cruor*.

τος), δηιάλωτος Sept. 72, Androm. 105 c., πετρηρεφής Pr. 302, Eur. Ion. 1400, θηλυγενής Suppl. 28, Eur. Bacch. 117 c., Καδμογενής Sept. 302, Eur. Phoen. 808 c. (quod et Soph. Tr. 118 habet), οἰστροπλήξ Prom. 682, Soph. El. 5, Eur. Bacch. 1229, sed ὀμματοστερής Eum. 927 c. mutata significatione et Soph. O. Col. 1260 et Eur. Phoen. 327 c. transduxerunt passive, quum active sit ab Aeschylo positum. [1]) Cum Sophocle commune habet θνητογενής Antigon. 846, Herc. f. 799 c. — Euripidea sunt primum terminatione $\overline{ος}$ formata: μηλόσπορος* ἀκτή Hipp. 742 c., βυρσότονον * κύκλωμα Bacch. 124 c. *pelle intenta obductus* (unde lexicogr.), θεόσπορον * κῦμα frgt. 107, θεόγονοι ** γάμοι Orest. 346 c. *nuptiae divinae* Patr. et Nom. pr. ap. Pausan. VI, 17, 4, Διόγονος * Βάκχος Hipp. 560 c., Δυσελένας ὄμμα ὀρνιθόγονον * Orest. 1386 c. *ex ave nata* (de Helena), φλὸξ θεόπυρος * El. 732 c. *a Deo accensa flamma* (vix enim est possessivum), ἡφαιστόπονα* ὅπλα Iph. A. 1072 c., θηρότροφος * δράκων Phoen. 820 c. (de θηροτρόφος vid. p. 72) *feris nutritus*, κεραυνόβολος ** Bacch. 598 c. bis apud Diodorum et activo sensu Lucian. Philopatr. c. 24, Anth. Pal. XII, 63, Eust., χρυσότυπον ** κράνος El. 470 c. *ex auro cusa galea*, Crit. ap. Ath. I, 28, quem ex Euripide transsumsisse probabile est, siquidem et alia revocavit iudice Valckenario ad Phoen. 131, tum addo ναύφθορος * στολή Hel. 1382, πέπλοι ib. 1540 per translationem *vestimenta naufragi*, quo sensu dixerat Hel. 408 ναυαγός. Terminatio $\overline{τος}$ adiuncta est in αἱμόρραντοι * θυσίαι Alc. 134 an., ἄτα Iph. T. 225 c., δοριθήρατος * λόγχης αἰχμῇ Hec. 103 an., σκῦλα Troad. 574 an., ἡλιόβλητοι ** πλάκες Bacch. 14, Aelian. N. A. VIII, 26, θεοπόνητα * λέχη Troad. 953, Hel. 584 *coniugium a Deo*

---

1) Qui significationis transitus non mirandus videbitur ei, qui in memoriam sibi redegerit notissima vocabula ab Euripide novo sensu admissa, velut, ut interim paucula delibem, quum ἀμνήμων, ἀσύνετος active ubique usurpentur, Eur. Phoen. 64, 1731 c. passive posuit, quumque vice versa ἄτιετος, ἄχρηστος, ἄιστος, περίρρυτος passive, Euripides activam iis significationem attribuit Ion. 701 c., Troad. 672, 1314 c., Phoen. 209 c.; ἀνόστιμος Homero est *qui non est rediturus*, sed Euripidi Herc. f. 431 c. *unde rediri non potest*.

conditum, μυρόχριστος * Cycl. 501 c. *unguentatus*, φυλλόστρωτοι * χαμεῖναι Rhes. 9 an., χαλκότευκτα * κλῆθρα Iph. T. 99, χρυσοδαίδαλτοι ** πῶλοι στομίοις Iph. A. 219 c., quod nescio an ab eo sumserit Aristoph. Eccles. 972, χρυσοκόλλητοι ** δίφροι Phoen. 2, τύποι Rhes. 305, bis Antiphan. ap. Athen. XII, p. 553 D, XI, 781, Lucian. advers. indoct. 29, Hes., al. (χρυσόκολλος cum Sophocle Euripides commune habet), ἁρματήλατος * Ἰξίων Herc. f. 1297,[1]) διφρήλατος * arg. Rhes., οὐριθρέπτη * σκύμνος Hec. 205 an., de quo vid. Lobeck. Paralip. 455, ὑδρόχυτοι ** κρῆναι Cycl. 66 c. *aquis irrigati fontes* Nonn., quod qui *aquam fundentes* vertunt, satis prospexerunt sensui: nec vero suffixum τος, si ex Rheso paullo perversius exemplum miseris, praeter unum illud ὀφθαλμότεγκτος ad illorum ministerium accessit, in quibus invenitur accusativus. Ex Rheso adde οἰνοπλάνητοι * ἅμιλλαι κυλίκων 363 c. *vino perturbata*, *errantia certamina*, et κρυσταλλόπηκτα * φυσήματα ib. 441 Anth., quod de *nivibus* si intellexeris: quasi *glacie concreti venti* i. e. *cum nivibus mixti*, huc debebis referre: sed fuerunt qui verterent *glaciantes*, ut ad ea transiret, quae supra percensui. Passivae significationi Aeschyleum favet κρυσταλλοπήξ: neque eam reprobo, quamquam fateor expeditiorem fore orationem, si haberemus κρυσταλλοπῆγα ad πόντον referendum. Quae supersunt quattuor a δέω formata, eorum unum inprimis sollicitavit interpretes. Quid est enim ταυρόδετος * κόλλη frgt. 475 an.? minus de scriptura dubitatur quam de interpretatione. Missis quae prolata sunt hoc unum moneo, inde quod ταυροκόλλα *gluten taurinum* est, non satis patere, quomodo idem esse possit κόλλη ταυρόδετος. Nec vero quae Wagnerus Hermannum secutus proposuit *cypressus firmiter iuncta* omnino assequor. Crediderim latere *taurinum et vinciens gluten*, qua sensentia postea intellexi Lobeckium quoque esse (Ajac. p. 233 adnot.) vel videri saltem esse, siquidem dictum arbitratur pro ταυροκόλλα συνδετική. Alterum ex Rheso 33 c. est κερόδετα * τόξα. Duo reliqua Euripidi cum

---

1) Alia significatione ut sit λεωφόρος legitur apud Iambl. vit. Prot. p. 60, 1.

Aristophane communia nolui praetermittere: λινόδετοι χαλινοί Iph. T. 1043, Aristoph. Nub. 763 et ἐλεφαντόδετοι δόμοι Iph. A. 582 c., Aristoph. Av. 218. — Terminationem ης tertiae declinationis habes in ἐλαιοφυὴς * πάγος Ion. 1480 c. *oleis consitus*, ὀδοντοφυὴς * γέννα Phoen. 821 c., λεοντοφυὴς * ἄγρα Bacch. 1196 c. *captura leone genita, leonina*, Λητογενὴς * παῖς Ion. 465 c., Φοινικογενὴς * Εὐρώπη frgt. 475 an., χαλκοπληθὴς * στρατός Suppl. 1220 *armis refertus exercitus*, μυριοπληθὴς ** κόσμος Iph. A. 571 c. *virtus innumeris rebus gestis plena*, Anaxandr. ap. Athen. IV, 131, Polyb. XXXVII, 3, 8; θυρσομανὴς ** δίνα Phoen. 792 c. (δίνα ex Hermanni, πούς ex Musgravii coniectura) *thyrso furibunda rotatio*, Orph. H. XLIX, 8, δοριμανὴς ** Ἑλλάς Suppl. 485 *insano belli amore capta*, Heliod. Aeth. III, 2, Anthol. Pal. IX, 553, πετρορριφής * Ion. 1222 *ex saxo praecipitatus*, βυρσοτενῆ * τύπανα Hel. 1347, sed θεοστυγὴς Ἑλένη Troad. 1213, θήρ Cycl. 602 *diis exosus*, quod posteris minime inusitatum et activum etiam nactum est significationem in N. T., invenitur iam in Neophron. frgt. 2. — Terminationem ης primae declinationis non obviam habui nisi in κηροδέτας * κάλαμος Iph. T. 1125 c. (formatum ut Pindaricum κισσοδέτης) ac γηγενέτης ** γίγας Phoen. 128 c., Ion. 1466 c., Timoth. ap. Plut. Apophthegm. p. 177 B. Semel legi terminationem ων in ἀσπιδοφέρμων * θίασος Phoen. 796 c. *qui se alit clupeo*. — Ex tragicis minoribus auctarii instar accedunt: ex Ionis frgt. 40 λινουλκὸς * χλαῖνα, pro quo Lobeck. Phryn. 612 scripsit λινόκλως, (αὐτάγητος frgt. 8 de quo vid. Hesychium post Anacreontem dixit), ex Philoclis frgt. 4 δορυφόνος * vid. Hes., ex Diogen. Athen. frgt. 1 δαφνόσκιον * ἄλσος et χαλκόκτυπα * κύμβαλα ibid., duo terminatione τος formata: ῥιζοφίτυτοι * φλέβες Chaerem. frgt. 40, γυιοδόνητον σῶμα Phryn. frgt. 2, ut Toupius emendavit cod. lectionem γυοδόνιστος.

B. In quibus membrum pendens subsequitur.

De hoc compositionis genere vid. I. Grimm. gramm. theodisc. p. 976 seqq. Membrum regens aut substantivum est aut adiectivum aut verbum. Substantivum ut membrum regens in Euripideis non

inveni, adiectiva nonnulla sed fere ea tantum, in quibus Euripides hanc compositionis viam praeoccupatam esse animadvertisset.

1. Membrum regens adiectivum est.

Ab Aeschylo aperte mutuatus est poeta ἐχθρόξενος Prom. 726, Eur. Alc. 558, quum in nonnullis codicibus sit κακόξενος receptum a novissimis editoribus et eodem modo interpretandum, quum contra possessivum sit Hom. odyss. XX, 376. Euripidis sunt ἰσάδελφος * ἀνήρ Orest. 1015 an. *fratris instar*, ἰσόνεκυς * Orest. 200 c., quod in lexicis parum recte vertitur *pari fato defunctus*, est enim *mortui instar*, *par*, ἰσάνεμος * Ἀχιλεύς Iph. A. 206 c. *par vento velocitate*, ἀξιόθρηνος * Alc. 904 c. et ἀξιοπενθής * Hippol. 1466 an. *luctu dignus*,[1]) ἀπειρόδροσοι * ἕδραι Ἀμμωνίδες El. 735 c. ex Hermanni et Bothii emendatione, (Aeschylus finxit ἀπειρόδακρυς, cum Thucydide commune habet Euripides ἀπειρόκακος), sed paulo audacius μονομήτωρ * Phoen. 1517 c. i. q. μόνη μητρός *matre privata* (de Antigona), quum Hesychius aliunde sumtum ex M. Schmidtii coniectura explicet: ‚μουνομήτορι· ᾗ τῶν ἀδελφῶν μόνη μήτηρ ὑπάρχει, quae explicatio non cadit in locum Euripidis;[2]) postremo addo ἐρημόπολις * μάτηρ Troad. 603 c. *urbe carens*, Seidleri emendationem, si vera est; nam alii aliter de hoc loco statuerunt.

2. Membrum regens verbum est.

De horum formatione copiose disputavit Lobeck. Phryn. p. 767 seqq., itemque copiose sed frustra possessiva haec esse monstrare studuit Düntzer. lat. Wortbild. u. Composit. p. 193 sqq. Equidem satis habeo attulisse, quae ex Euripidis fabrica profecta sunt. Ditavit vero etiam is orationem suam ex poesi

---

1) De compositis ex ἄξιος vid. Dindorfii iudicium in Praef. Aeschyl. p. LXVII. 2) Ceterum vid. quae de Phoen. loco disputavit Hoppe in programmate Berolinensi a. 1859 ‚de comparationum et metaphorarum apud tragicos Graecos usu' p. 28 seq. Is μονομήτωρ de *luscinia* dictum accipit et interpretatur *quae filio orbata mater sola est relicta* ig. determinative.

superiore. Nam πλησίστιος et φαεσίμβροτος Homerica sunt; Pindaricum φιλάρματος Isthm. VIII, 43 post Euripidis repetitionem Herc. f. 467 cecidit. Aeschyleum est ἑλέπτολις Agam. 689, Eur. Iph. A. 1476, 1511; Sophocleum πανσίλυπος Soph. frgt. 389, Eur. Bacch. 772. Euripidis pleraque scite novata sunt: ἀρχέχορος ** πούς Troad. 151 an. *qui praeest choro*, Anthol. Pal. Append. 221, 1, λιπόγαμος * Orest. 1305 c., λιποπάτωρ * ibid. — Sequuntur quae a stirpe $\overline{\varphi\iota\lambda}$ proveniunt, a verbo potius quam ab adiectivo. Missis notioribus ut φιλόψυχος et φιλοπάτωρ, quae primum in Euripide leguntur at vix Euripidea sunt, restant sex: φιλόδαφνος * frgt. 480, φιλόγαμοι * μνηστῆρες Iph. A. 392, φιλανθής ** frgt. 888, saepius in Anthol., Nauckius φιλάνθεμος scripsit, quod in Nonno legitur atque et ipsum Euripidis inventum sit; φιλοξενέστατος * frgt. 871 ab omisso in lexicis φιλοξενής; restant duo, in quibus solutis infinitivus substantivi locum occupabit: φιλοτραφής frgt. 283 i. e. φιλῶν τὸ τρέφειν, et φιλοκισσοφόρος * Βρόμιος Cycl. 620 c. i. e. φιλῶν τὸ κισσοφορεῖν, quod verbum in Anthologia legitur, quum κισσοφόρος post Pindarum Euripides et Aristophanes usurpaverint. Reliqua a futuris formata sunt: δεξίμηλα * [1]) ἀγάλματα Phoen. 632, δόμος Andr. 129 c., ἐσχάρα ib. 1138 *oves excipiens*, (dativ. Hesych. affert), δεξίπυροι * θυμέλαι Suppl. 64 c., θελξίφρονες ** ἔρωτες Bacch. 404 c., Anthol. Pal. IX, 507, 15; 525, 9, Orph. Arg. 483; πανσίπονος ** δουλείας Iph. T. 451 c., Aristoph. Ran. 1321 c. (ex Euripide), Orph. H. 49, 6; τλησίμοχθος * frgt. 986 ex H. Grotii coniectura, nisi malis scribere cum Meinekio τρισίμοχθος: id, credo, certum est, poetae inventum inesse; ὀλεσίθηρ * Phoen. 664 c. *feras interimens* cfr. Lob. Paralip. p. 211. In unico apparet dativus: [2]) μιξόθηρ **

---

1) Verbum δέχομαι triplici igitur modo compositioni apud Euripidem inservit: κυμοδέγμων, θυοδόκος, δεξίμηλος ac δεξίπυρος.
2) Obiectiva et dativi quidem notio gliscit etiam in εὔδουλος et εὔοικος Achae. frgt. 30 quae explicantur ap. Athen. VI, 267 D: „χρηστὸς ἐς τοὺς δούλους καὶ τοὺς οἰκέτας. Ceterum εὔδουλος ex Pherecrate allatum Poll. III, 8 interpretatur ὁ εὖ τοῖς δούλοις χρώμενος.

Ion. 1161 *semifer*, quod post Euripidem apud Dionys. Hal. VI, 822, 14, Lycophronem 650, Anth. Plan. 126, 3 et alibi apparet. Sed in his ceterisque a *μίγνυμι* compositis, ut *μιξοπάρθενος* et *μιξοβάρβαρος*, quorum illud Euripides cum Herodoto, hoc cum Xenophonte ac Platone commune habet, verbalis antiquata est significatio. — Obiectiva Euripidea pleraque altiore quodam spiritu prolata esse, id recensu habito certe probabitur lectori, qui animadverterit ex centum et quinquaginta obiectivis vix tertiam partem imitatores nactam esse, centum cum ipso Euripide cecidisse, porro, siquidem id quoque pro documento audaciae maioris habere licet, item circiter centum in carminibus et anapaestis inveniri, reliqua in iambis et trochaeis, quamquam in his quoque grandiora quaedam legi neminem fugerit. —

CAPVT II.

DE VERBIS.

Si quis Aeschyli inventa per se quidem non sane pauca, sed pauca certe pro tanta nominum mole inspexerit, quid tandem exspectaverit ab Euripide? Ceterum hoc dixerim praefaminis loco in derivatis nil valere poetae ingenium in undeviginti fabulis, ut Rhesum addam, largisque fragmentis fere totidem verba producentis, neque vero plus in iis compositis, quae cum nominibus iuncta sunt certe maiore periculo, sed plurimum in iis, quae praepositionem habent: verum haec maximam partem non syntheta sunt sed paratheta.

§. 8. I. Verba simplicia derivata.

a) Verba circumflexa:

Non omittam quaedam superiorum poetarum, ut Homericum *ἐλαστρέω* Iph. T. 934, 971, ne vulgatiora afferam, Pindaricum *καπνόω* Pyth. V, 110 bis apud Euripidem, Aeschylea *πυργηρέω* Sept. 22, 168, Eur. Orest. 763, 1574, Phoen. 1087, *ἀνθρακόω* Prom. 374 (quod etiam Soph. habet), Eur. Cycl.

614 c., ταυρόομαι Choeph. 275, Eur. Med. 92, Bacch. 922, Sophocleum (praeter ἀτάω et βαυβάω) βαρβαρόω Antig. 1002, Eur. Or. 485. Ad Euripidem transeunti statim in limine occurrunt dubitationi maximae obnoxia in $\overline{\alpha\omega}$: quid enim statuendum de αἰσυμνάω Med. 19 *regno*, quod hic nonnisi et in Insc. Chalced. ap. Cayl. legi lexica perhibent, quodque lexicogr., ut Hesych. et Etym. M., ex loco Medeae afferunt: ego cum Lobeckio Rhemat. p. 158 nescio; quid porro de ἀπαιολάω Ion. 549, Babr. 95, 99 vel ἀπαιολέω (nam ne de hoc quidem constat vid. Lob. Rhem. p. 170), quum Moeris annotet ‚ἀπαιολᾶν Ἀττικοί, ἀποπλανᾶν Ἕλληνες,' in Aeschylo autem ἀπαιόλημα legatur, quamquam haec interdum etiam desultorie a verbis, quae non sunt, formantur; ceterum ἀπαιολή ipsius Aeschyli inventum est; quid denique de ὁδάω, quod ter legitur in Cyclope: id glossematicum quidem neque vero inventum est ab Euripide, cui nescio an sit iniungendum ἐξοδάω Cycl. 267, quum Hesychius explicet ἐξοδεῦσαι, in Euripide autem sit πωλεῖν cfr. Lob. Rhem. 170. His percursis restat unicum illud ἑδνάομαι * Hel. 933 *doto*, sed ne id quidem satis certum, quum coniectura expulerit Hermannus assentiente Lobeck. Rhemat. p. 172. — In $\overline{\varepsilon\omega}$: ἀτρεκέω * frgt. 317: Hesychius ex Euripide affert ἀτρεκήσασα et per ἀκριβωσαμένη explicat; εὐαγέω ** Bacch. 1009 c. *sanctus sum*, Callim. Del. 98, Theocrit XXVI, 30, ἀρταμέω * Alc. 494, El. 816, frgt. 615 *concido in frusta* (Aeschylus διαρταμέω habet). Plura sunt in $\overline{o\omega}$ (factitiva): ἑστιόω * Ion. 1464 c. *fundo*, κισσόω * Bacch. 205 *hedera circumdo*, κρασπεδόω * Ion. 1423 *fimbriis cingo* (ὄφεσι, de *veste*), στεμματόω * Heraclid. 529 *corono*, στολιδόω * Phoen. 1754 c., ἐρετμόω * Med. 4 χέρας *remis instruo*, Orph. Arg. 356, Nonn. saepius al. signif., πετρόω ** Orest. 566, 946, Phoen. 1177, Ion. 1112 *lapido*, sed *in petram muto* est Anth. Pl. 132, Dio. Cass. 48, 51 al., αἰθαλόω ** El. 1140, Lyc. saepius, Anth. Pal. XV, 22, Dioscorid. saepius. Ab his recedit σαυλόομαι ** Cycl. 40, Luc. Lexiph. 10, Hesychio ἁβρύνεσθαι, τρυφᾶν, θρύπτεσθαι itemque Photio 502, 17.

b) Verba barytona.

Homerica sunt ἀλητεύω (saepius in Euripide), θεμιστεύω Ion. 371 et θεμιτεύω Bacch. 79 c., λευκαίνω ter, ἱδραίνω quater, Pindaricum δαμαλίζω Hipp. 231 an, ex Sophocle (Aj. 1063, El. 406, Antig. 888) memoro τυμβεύω inprimis quia τύμβευμα utriusque esse supra vidimus. Euripidis sunt in $\overline{ευω}$: ὀρθεύω * Orest. 405 (vid. Lob. Rhem. p. 204), ἁρματεύω * Orest. 994 c. *aurigo*, διφρεύω ** Androm. 108 c., Suppl. 991 c., Rhes. 356 c., transitive cum acc. Androm. 1011, frgt. 114 an., Archestrat. ap. Athen. VII, 326, Hesych., κορεύομαι * Alc. 312 *in virginitate educor*, quod aliis videbatur esse *devirginari* ut ap. Eust. od. λ, 290; ὀρφανεύω * Alc. 165, 297 *orbis prospicio*, sed ὀρφανεύομαι ib. 535, Hipp. 847, Suppl. 133 c. *orbus sum* i. e. *orbus educor*, οἰκετεύω * Alc. 437 c. *habito*, Hesych. οἰκετεύεται συνοικεῖ explicat (vid. Lob. Rhem. p. 197), θιασεύω ** Bacch. 378 c. 75 c. (pass.), Ion. 552, Strab. XII, 564, Hesych.; νυχεύω ** El. 181 c., Rhes. 520, Nicand. ap. Athen. XV, 683, Hesych. — [1]) In $\overline{αζω}$ exeunt: βακχιάζω * Bacch. 931, Cycl. 204 *bacchor;* εἰάζω * frgt. 841, Hesychio, qui affert ex Euripide, est εἶα ἐπικελεύω; σκυθράζω * El. 830 *tristis sum*, ἀκροθινιάζω ** Herc. fur. 476, Critias ap. Ath. IX, 401, Pollux ut Euripideum notat, Hesych.; accedit ex Ionis frgt. 53 φθογγάζομαι ** Anth. Pal. IX, 539 i. q. φθέγγομαι; in $\overline{ιζω}$: ἀμυστίζω ** Cycl. 565, Plut. Symp. III, 3 i. q. ἀμυστὶ πίνω Poll. VI, 25: Lobeckius Rhem. 223 dubitat, utrum ab ἄμυστις an ab ἀμυστί ducendum sit, στατίζω * El. 316, med. Alc. 90 c. *sto;* [2]) in $\overline{αινω}$: λιταίνω * El. 1215 c. *supplico*, ἀργαίνω ** frgt. 74 i. q. λευκαίνω (quod ex Eur. Alcmaeone Hesych. et Eust. citant, sed ille etiam ἠργάνθη ἐλευκάνθη interpretatur, an ex Euripide?) depromsit Oppian. Cyn. III, 299, Nonno reddidit Köchly: sed λιπαίνω ** Bacch. 575 c., Hec. 454 c. et πυρσαίνω Troad. 227 vix Euripidea

1) Mitto quae primus habet δισκεύω, μυθεύω, κρυπτεύω: sunt haec potius ex linguae usu delecta. 2) Nescio an his idem affinxerit μουσίζομαι ** Cycl. 489 c., form. dor. μουσίσδω apud Theocritum, μουσίσδει Hesychio λαλεῖ, ὁμιλεῖ.

sunt, etsi non ante Euripidem leguntur. — Desiderativorum, quibus abstinuit Aeschylus, unum vindicat Euripidi certissima Porti emendatio: *φευξείω* * Herc. f. 628. —

§. 9. II. Verba paratheta.

Non adscribam quae a superioribus mutuatus est neque multa neque gravia, ex quibus, ut id saltem moneam, quae aut adoptaret ex Sophocle aut hercisceret una cum illo,[1] sunt plurima. Vel ipsius Euripidis certiora tantum idque brevissime adnotare licebit. —

Ἀμφί: Nihil fere habeo, nam ἀμφιθάλπω Hel. 183 neque rarum est et Seidleri nonnisi coniectura, ἀμφιχορεύω frgt. 596 autem, quod et alibi legitur, cui non videatur probabilius receptum esse ex usu linguae, quippe qui vix illo carere potuerit?

Ἀνά: ἀνυμνέω et ἀνέρπω[2] missa facio, sed restant: ἀνορχέομαι* Suppl. 719 *exsulto*, ἀνοιστρέω ** Bacch. 979 c., Nonn. Ioh. 13, 10, ἀνασπαράσσω * Bacch. 1104 *extraho, evello*, ἀνατινάσσω ** Bacch. 623, per tmesin ibid. 80 c., Or. 341 c., Clem. Alex., Theophyl., ἀναβακχεύω ** Orest. 338 c., Herc. f. 1085 c. transit. (ut ἀναχορεύω Orest. 582), sed *debacchor* est Bacch. 864 c. Plut. al., ἀναμοχλεύω ** Med. 1317, praeter al. Luc. Char. c. 4, Heliod. Aeth. I, 8 (ex ipso Eur. loco),[3] ἀνελέγχω * Ion. 1470.

Ἀντί: Poetae ἀντιλογιῶν (Arist. Ran. 755) amantissimo praepositionem ἀντί perplacuisse coniectura est facilis neque irrita; habet autem omnino quadraginta quinque cum ἀντί composita, ex quibus ad ipsum redeunt haec: ἀνταναλίσκω * Orest. 1165 *vicissim perdo*, ἀντιδουλεύω * Suppl. 362 *vicissim servio*, ἀντικηδεύω * Ion. 734 *contra colo*, ἀντικηρύσσω * Suppl.

1) Velut, ut pauca delibem vix occurrentia alias, ἐκπείθω, ἐκφυλάσσω, ἐκραίνω, ἐξιδρύω, ἐξαφίσταμαι, ἐξεφίημι, ἐνθνήσκω, διέρπω, συμπαίω, συγκατακτείνω, ὑπίλλω alia. 2) His adde ἀνασειράζω. 3) Heliodorum et studiosissimum fuisse Euripidis multaque ex illo transtulisse (nonnulla allata sunt in hac quaestione) docet Schaefer. Greg. Corinth. p. 203.

673 *contra per praeconem edico*, ἀντικλάζω * Androm. 1145, Bacch. 1057, ἀντιπορθέω ** Troad. 359 *vicissim vasto*, Lyc. 1398, ἀντιφεύγω * El. 1091 *alterius loco in exsilium eo*, ἀντοικτείρω * Ion. 312 *vicissim miseror*, ἀντιτέμνω * Alc. 972 c. φάρμακα *remedia paro*, ἀνθυβρίζω ** Phoen. 620, Plut. Luc., ἀντιδέρκομαι * Herc. f. 163, ἀντιλάζομαι * Iph. A. 1109, Orest. 452, 753, Iph. A. 1227, Med. 1215, Suppl. 363, ἀνταφίημι ** δάκρυ Iph. A. 478, σφαῖραν Poll. IX, 107, quod nolui seiungere, quamquam duas praepositiones habet.

Ἀπό: ἀποφέρβομαι * Med. 826 c., ἀπολωτίζω * Suppl. 449, Iph. A. 792 c. (λωτίζω Aeschyli est), ἀποτινάσσω ** Bacch. 253 postea saepius; ἀποσπαράσσω ** Bacch. 1127, Galen. al. sign., ἀφυδραίνω * Ion. 97, ἀφορμίζω * Iph. T. 18, ἀποκουφίζω ** Hec. 104 an., Orest. 1341, Plut. Pericl. c. 11, Anth. Pal. IX, 372, 5, Const. Man., ἀπολάζυμαι * Hel. 911, ἀπασπαίρω * Ion. 1207, ἀπονέω ** Ion. 875 an. frgt. 281, ab Hesych. ἀποσωρεύω, ἀποβάλλω explicatum, Apoll. Rhod. I, 364; ἀποταυρόομαι ** δέργμα λεαίνης Med. 188 c. *torve intueor*, saepius postea; de quo Lobeckius Rhem. 351: ‚dura est, si nostrum sensum consulimus, duplicata metaphora, quia non ex quo coepit genere, hoc desinit;' ἀπανδρόομαι ** Ion. 53, Lucian. Amor. 26, Clem. Alex., al.

Διά: διαπαλύνω * ξανθὸν κρᾶτα Phoen. 1159 *perfringo*, διασφαιρίζω * Bacch. 1134 *in pilae modum disiicio*, διασταθμάομαι ** Suppl. 202, Hesych. affert διασταθμῆσαι, διαπυρόω ** Cycl. 694, Plut. vit. Phoc. c. 6 al., διορθεύω * Suppl. 417, de quo vid. Lob. Rhem. 204; ceterum suo ipsius invento praepositionem praeposuit, idemque fecit in διαδιφρεύω * Orest. 990 c., porro διευνάω * τὸν βίοτον Hipp. 1377 c. *vitam finio*; διακανάζω * Cycl. 158 unde Hesych. Vertunt: ‚*num quid pulchre tibi per guttur cum murmure descendit;*' διαβιάζομαι ** Iph. T. 1365, Theophr., Polyb., al., si omnino licet habere Euripideum.

Εἰς: εἰςκτάομαι * frgt. 240.

Ἐκ: Nullam praepositionem formandis parathetis inservire saepius voluit. Longe plurima eorum, quae protulit, notionem

nonnisi adauctam habent simplicium. Missis vulgaribus, quae primum apud Euripidem ut ἐκλευκαίνω, ἐκθυμιάω, ἐξοιδαίνω, in censum veniant: ἐκβρυχάομαι * Iph. T. 1391, Hel. 1557, ἐκκαυχάομαι * Bacch. 31, ἐκθηριόομαι ** ib. 1331 *in feram mutor* Philo, Eust., Tzetz., ἐκμαργόομαι * Troad. 992 *insanio,* ἐκμουσόω ** Bacch. 825 *erudio*, Philostr. Imag. II, 2, Aelian. V. H. XIV, 34, ἐκτεκνόομαι ** Ion. 438 *liberos gigno* Tzetz. Exeg. Il. p. 9, 5, ἐξοινόομαι ** Bacch. 814, Athen. II, 38 E; ἐξοσιόομαι ** Bacch. 70 c., Plut., Diod., ἐξαιάζω * Troad. 198 an., ἐκκλάζω * Ion 1204 (per tmesin), ἐκφαιδρύνω * Bacch. 768, ἐκπτήσσω * Hec. 179 an. *expavefacio*, ἐκσφραγίζω * Herc. f. 53 per tmesin, ἐκκωμάζω * Androm. 603 *comissatum eo*, affert Suidas, cui est ἐξεπόρνευσε; ἐκσωρεύω * Phoen. 1195, ἐκφοινίσσω ** Phoen. 42, Iph. T. 259 *cruento,* Poll. I, 49, Hesych. aliunde, ἐξευτρεπίζω * El. 75, ἐξευμαρίζω ** Herc. f. 18, 81, Philo saep., ἐξέρρω * Hipp. 973, ἐξοδυνάομαι * Cycl. 651 c., ἐξαθροίζομαι * Phoen. 1169, ἐκλοχεύω ** Ion. 1458 c., Hel. 258, Orph. Arg. 43, Lycophr., Anthol., Poll. IV, 208; ἐκφλαίνω * frgt. 473 (ἐκφλῖναι, Etym. M. p. 796, 12: φλήναφος· παρὰ τὸ φλέω ..φληνός. Εὐριπίδης παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου ποιήσας), φλαίνω non invenitur neque φλέω saepe, ἐκπορθμεύομαι * Hel. 1179, 1517; ἐκπροθυμέομαι * Phoen. 1678 (quod huc retuli, nam θυμέομαι nil est), ἐξαγωνίζομαι ** Herc. f. 155, Diod. XIII, 73, ἐκχορεύομαι ** Hel. 381 c. factit., intrans. Heliod. X, 38, al. Oppian. Hal. IV, 215, ἐξαμιλλάομαι,** quod in deliciis habet: significatio *vexandi*, *expellendi*, *exstinguendi* apparet: Orest. 38 (φόβῳ) ib. 431, Hel. 1471 c., Cycl. 628 (pass.), sed Hel. 387 ἁμίλλας ἐξαμιλλάομαι potius est: *finire certamen*, *decertare*, verum audacius frgt. 764, ubi vid. Herm., Plut. Mor. p. 593 F, 1098 E al., ἐκσπένδω ** Ion. 1193, Eubul. ap. Ath. XI, p. 478 C, ἐκτρέπω ** Heracl. 597 vid. Suid., ἐκλιμπάνω ** Med. 800 *relinquo*, sed *desisto* El. 909, Suid. s. v. Νέστωρ. Ultimum addo ἐξαμηχανέω * Hel. 495: interpretor ‚*subtraho me* τῷ ἀμηχανεῖν.'

Ἐν: ἐγκερτομέω * Iph. A. 1006 *convicia congero*, ἐνδεξιόομαι * I. A. 1473 *dextra manu teneo* i. q. δεξιόομαι, ἐνδυ-

*στυχέω*** Bacch. 508, Phoen. 727, Plut. Comp. Pericl. c. Fab. c. 3, schol. Aristoph. Vesp. 115: *παρ' Εὐριπίδῃ τὸ ἐνδυστυχῆσαι ἀντὶ τοῦ δυστυχῆσαι;* addo Heathii coniecturam *ἐγξέω** sed vid. Nauckium, et *ἐλλοχίζω*** Bacch. 722, transit. Plut. Philop. 14.

Ἐπί: *ἐπιβαστάζω** *χεροῖν* Cycl. 379 *pondero*, *ἐπάχθομαι** *κακοῖς* Hipp. 1260, *ἐπιλάζυμαι** *στόμα* Androm. 250 *os contineo*, *ἐποτοτύζω** Phoen. 1038 *eiulo*, *ἐπινωτίζω*** H. f. 362 c. paullo impeditius dictum: est enim *tergo impono* vel potius *obtego*, quemodmodum idem est *νωτίζω* Phoen. 654 c.; ex Euripidis fabrica num profectum sit, vix dubitatio suboriatur ei, qui in Hesychio legit ex Archippo comico *ἐπενώτισεν* (ex Mus. conj.) *ἐφώρμησε* sensu saltem diverso, sed Bacch. 763 *ἐπινωτίζω φυγῇ* est *fugo*, quemadmodum Soph. dixit O. R. 193: *παλίσσυτον δράμημα νωτίζει;* [1]) *ἐπιπελάζω** Iph. T. 881 per tmesin.

Κατά: *κατανοτίζω** Iph. T. 833 *humecto* (per tmesin), *κατοιμώζω** Andr. 1159, *καθαρμόζω*** Hipp. 771 c., Bacch. 929, Rhes. 767, Anth., *καταθρηνέω*** El. 1326 c., Appian., Plut., Diod., *καταλοκίζω*** Suppl. 826 c. Hesych.: *κατηλόκισται κατατέτριπται*, simplex ap. Aristoph. Vesp. 825 legitur, *κατακωμάζω** Phoen. 352 c., *καθαρπάζω*** Androm. 873, 1122, Strabo XVI, 761, *καταβακχιόομαι** Bacch. 109 c. *bacchando assuesco*, quemadmodum alia in hac terminatione (sed paratheton, nam simplex legitur Soph. frgt. 871.) Mitto alia ut *καταζώννυμι* et *καθιππεύω*.

Μετά: *μεταψαίρω** Phoen. 1390, *μετεύχομαι** Med. 600 *contraria precor*, *μεταστείχω*** Suppl. 90, Hec. 509 *arcesso* Callim. Cer. 9, Apoll. Rhod. III, 451.

---

1) A significatione dubitatio locum habere potest, utrum Herc. f. loco paratheton hoc sit an syntheton, nam si transitive explicas, erit paratheton, quoniam Phoen. 654 transitive est usurpatum. Ceterum num ex hoc significatione verbi *νωτίζω* argumentum promere liceat *νώτισμα* esse Euripideum, non ausim dicere: est autem *νώτισμα* id ‚*quo quis νωτίζεται*' vid. p. 17, vel ‚*quod νωτίζει*,' nec vero ‚*quod νωτίζεται*.'

Παρά: παραπάλλομαι * Iph. A. 226 c., παραυλίζω ** Ion. 493 c. et med. Athen. IV, 189 E, παρεμπολάω** γάμους Med. 910, siquidem est Euripidis, vid. Poll. III, 56. In παρεντρεπίζω ** Iph. T. 725, Polyb. Phil. nullo fere munere praepositio fungitur: est enim vix aliud atque simplex, sed Cycl. 590 praepositione inflectitur significatio, ut sit *negligo.* Censenda igitur est (vid. Seidl. ad Iph. T.) in invento duabus significationibus inservire praepositio, quae abundat in παραθάλπω ** Med. 143 an., schol. Pind. Isthm. V, 15. His vix accedit παριππεύω apud posteriores usitatissimum.

Περί: Qui ἀμφιχορεύω Euripidis esse sibi persuaserit, is idem statuat de περιχορεύω ** Phoen. 316 c., Lucian. et al.; hic nil superest inventionis.

Πρό: Aut temporalis est praepositio ut in προμοχθέω * Suppl. 1234 an. et προλάζυμαι * Ion. 1027, aut localis ut in προχορεύω * Phoen. 791 c., aut ita usurpata, ut commodum significet, in προθνήσκω ** Alc. 383, 620, 684, 710, Heracl. 590, cuius tamen temporalis significatio usitatissima est.

Πρός: προσλάζυμαι ** Hec. 64 an. Hes.

Σύν: In longe plerisque societatem exprimit praepositio, in ceteris perpaucis notionem auget. Sunt satis multa: συγγηθέω * Hel. 727, συμμοχθέω ** Iph. T. 690 Patr., συμποιμαίνω ** Alc. 579 c. *simul pascor* Patr., συναντλέω * Ion. 200 c., συμφονεύω ** Hec. 391, Ion. 851, 1044, συναριστεύω ** Troad. 804 c., Maxim. Tyr. Diss. 25, 4, συμβακχεύω ** Bacch. 726, Plat. Phaedr. p. 234 D, Philostr., συμπορθέω ** Orest. 888, Strab. VIII, p. 352, συμπυνθάνομαι * Hel. 328, συντλάω * Alc. 411 c., συνωδίνω * Hel. 727, συνθακέω ** Heracl. 994, Themist., συναλαλάζω ** Herc. f. 11, saepius apud posteriores, συναμύνω ** Iph. A. 62, Ioseph. B. I. II, 20, 7; συμπυρόω * Suppl. 1071, Rhes. 960, Cycl. 308, συμπατάσσω ** Suppl. 699, Theod. Prodr., συνδαίνυμι * Hel. 1439, συσσωφρονέω ** Iph. A. 407, Plut. Moral. p. 64 C, συσφάζω * Iph. T. 685, συστολίζω ** Orest. 1435 c., Anth. Pal. VII, 419, 4, συστενάζω ** Ion. 935, N. T. et al., συννεάζω ** frgt. 319, Alciphr. II, 3, Philostrat. p. 603, 34; συνθήγω * Hipp. 689, συνεντυχέω ** Hipp. 1118 c., Strab., Arrian.,

*συνθρανόω** Bacch. 633, quod paratheton est, quamquam *θρανόω* non exstat, sed neque nomen est, unde *συνθρανόω* compositum habeas cfr. Lob. Rhem. p. 246; *συντριαινόω*** Herc. f. 946 (simplex apud Euripidem et Aristoph.) composito usus est Plato com. ap. Eust. Il. p. 66, 34. [1])

Ὑπέρ: *ὑπερθνήσκω*** c. gen. Alc. 155, 682, Androm. 499 an., Phoen. 998 *morior pro*, Theod. Prodr., Greg. Naz., al.

Ὑπό: semel in *ὑπαγκαλίζω** Cycl. 498 c., med. Heracl. 42.

Seposui quae duas habent praepositiones: qualia quum novem finxerit Aeschylus (vid. Todt. p. 50) longe superatur ab Euripide, ex cuius fabulis circiter triginta excerpsi: *διαμεθίημι** Bacch. 627, 635, El. 978, *ἐγκαθηβάω** Hipp. 1096, *ἐγκαθυβρίζω** Troad. 997, *ἐγκατοικέω*** frgt. 188, Lycophr. 1204, met. Polyb. XVIII, 26 al., *ἐκπροκρίνω** Phoen. 214 c., *ἐκπροίημι** Ion. 119 c., *ἐξανάπτω*** Iph. T. 1350, 1408, Orest. 829 c. *suspendo* sed *accendo* Plut. Mor. p. 752 A, *ἐξαναρπάζω** Iph. A. 75, Hel. 1560, 1565; *ἐξανασπάω** Phoen. 1132, Bacch. 1110, *ἐξαναστέφω** Bacch. 1055, *ἐξανεγείρω** Herc. fur. 1069 c. (ex Hermanni coniectura), *ἐξανέρχομαι*** Troad. 753, Maneth. II, 124 (per tmesin), *ἐξαποξύνω** Cycl. 456, *ἐξαπωθέω** Rhes. 811, Theod. Prodr., *ἐξυπειπεῖν** Bacch. 1265, *ἐπεγκελεύω** Cycl. 652 (Hes. s. v. *ἐπιρροίζειν*), *ἐπεκπίνω** Cycl. 327 (sollerter inventum), *καταμπίσχω** Hel. 853, *παρεμβλέπω*** Hel. 1558 *oblique intueor*, Hes. sic explicat *παριλλαίνουσα*; *προσανατέλλω** Suppl. 688, *προεξερευνάω*** Phoen. 92 al., *συναμπίσχομαι** Herc. f. 1111 (*συναμπέχω* Aeschylus habet), *συναποκάμνω** Iph. T. 1371, *συνεκκλέπτω** El. 364, Hel. 1370, Troad. 1018, *συνεκθνήσκω*** Cycl. 571, Theod. Prodr., *συνεκπνέω*** Iph. T. 684, Lucian. bis, *συνεμπίμπρημι*** Rhes. 489, Strab. XIV, 640, XVI, 717; *συνεπαείδω*** Iph. A. 1492 c., Theophr. H. Pl. IX, 10, 4, *συνδιόλλυμι*** frgt. 555, Cyrill., Procop., Greg. Naz., *συγκατα-*

---

1) Non nescio restare quae apud Euripidem primum et deinde apud suppares leguntur: *συνδουλεύω, συσκυθρωπάζω, συνδυστυχέω, συνισχναίνω*: haec quantillum ad quaestionem faciant, in propatulo est.

σκάπτω ter, si Euripidis est, quum habeat etiam Andocides; ὑπεκλαμβάνω * Herc. f. 997, ὑπεξαντλέω * Ion. 927, ὑπεξακρίζω * Bacch. 673.[1])

§. 10. III. Verba syntheta.[2])

Horum triplex classis est: nam aut nomen aut praepositio aut adverbium est membrum praecedens. Incipio ab iis, in quibus membrum praecedens nomen est. Aeschylea sunt νυκτηγορέω Rhes. 89, θρασυστομέω Hec. 1286, ἐλευθεροστομέω Andr. 153, κρεοκοπέω Cycl. 359, μητροκτονέω Orest. 887 al., cum Sophocle commune διφρηλατέω Aj. 845, Rhes. 781, ne ἀνθυπουργέω afferam, quod etiam in Herodoto III, 133 est. Euripidis sunt viginti: βουσφαγέω * El. 627, βουφορβέω * Alc. 8, ἀνθρωποσφαγέω * Hec. 260, ἀστραπηφορέω * frgt. 314, ἡνιοστροφέω ** Phoen. 172, Lyc. 166, Byz., θεσμοποιέω * Phoen. 1645 *leges condo*, θυρσοφορέω ** Bacch. 557 c. θιάσους, quod explicant *thyrsum gerens congrego* Diod. IV, 3, θρηνῳδέω ** Iph. A. 1176, Epiphan., al., κενοταφέω ** Hel. 1060, 1546, Plut. Mor. 1190 C, νικηφορέω * Bacch. 1147 (vid. Lob. Phryn. p. 635), ξενοταφέω * Iph. T. 1021, νυμφοκομέω * Med. 985 c. intrans., Anth. Plan. 147, 6 (aliter), παιδοκτονέω ** Herc. f. 1280, Patr., παιδουργέω * Ion. 175, οἰοπολέω ** Cycl. 174 c., Anth. VII, 657, 1 vix diverso significatu, σεμνομυθέω ** Hipp. 490, Andr. 243, Philo, Suid: σεμνομυθοῦσιν ὑπερηφανεύονται, τροχηλατέω * Or. 36, El. 1253 Hesych. Phot., κωπηλατέω ** Cycl. 461, met. Luc. V. H. I, 40, Polyb. I, 21 al., οἰωνοσκοπέω ** Bacch. 347, Phoen. 956, Ioseph. A. I. 18, 5, 3; addo etiam, quod nusquam exstare praeter locos Euripideos certe mirandum est κληδουχέω * Iph. T. 1463 et, nisi Hermanni coniecturam probas, Herc. fur. 1288, Ioh. Chrysost. Ex Rheso praeter καρατομέω ** Rhes. 586, quod satis saepe apud posteriores legitur,

---

1) Mitto vulgatiora ut ἐπεισφρέω, ἐγκαθιδρύω et desperatum illud ἀντεμμάσασθαι frgt. 614, quod omnino ademit Euripidi Nauckius assentiente Schmidtio ad Hesych. 2) Verba syntheta et parasyntheta, quoniam vix discriminari possunt, una proponentur.

accedat singulariter formatum: *πανημερεύω* * Rhes. 361 c. *per totum diem celebro.* — [1])

Perpauca sunt alterius ordinis exempla, ubi membrum praecedens praepositio est. Nimirum dum paratheton exsistit, quando praepositio solido et integro verbo praeponitur, syntheton ex artissima praepositionis ac nominis coniunctione nascitur. Interdum compositi ipsa significatio efficit, ut, etsi simplex in usu sit, compositum tamen syntheton potius quam paratheton iudicetur. Ita aperte syntheton est, quod frustra sollicitavit Valckenarius: *συνασοφέω* * Phoen. 394 certum *σοφωτάτου* poetae inventum, porro *παρευκηλέω* * Herc. f. 99 *permulceo* et *ὑπερπαθέω* ** Phoen. 1456, Ioseph. A. I. VII, 2, 1, Bell. Iud. VI, 2, 4; adiicio *ἐξακρίζω* * *αἰθέρα* Orest. 275, quod Euripidis esse Eust. odyss. p. 1636, 48 tradit (nam simplex aliam significationem nactum est), *ἐκγαυρόομαι* * cum accusat. trans. Iph. A. 101, sed *συνηρεφέω* ** frgt. 773 nil iuvat addidisse, quoniam dudum coniecturis petitum est. — [2])

Ultimum igitur locum occupant cum adverbiis iuncta, quale quod ex Aeschyl. Suppl. 405 transiit in Rhes. 724 c. 805 *δυσοίζω*. Euripides quod unicum formavit *δυσθνήσκω* * El. 843, Rhes. 791 et ex Hermanni coniectura Phoen. 1438, id iter praecludit ad exitum operis festinanti et, ut ait Lobeck. Phryn. p. 616 ‚duplici quo saevius nos affligat praesidio firmatum et plane irremediabile est.' Scilicet adversa fronte repugnat Scaligerano illi praecepto vere regio, verbum ita ut mutationem non experiatur componi non posse nisi cum praepositione. Quid igitur? cui licuit *δυσθνητέω* inducere, ut Nauckius scripsit, quidni fecerit? Vix dicas. At videtur dandum esse ali-

1) Si *θεομαχέω* (saepius in Bacchis, Xenoph. Oec. XVI, 3 al.) Euripideum est, tamen *εὐσθενέω*, *δᾳδουχέω*, *κακορροθέω* vix Euripidea sunt: sed minor dubitatio est de *βοηδρομέω*, ** quod saepius in Euripide legitur, cuius et *βοηδρόμος*, *εὐτεκνέω* ** frgt. 521, *λεπτουργέω*, ** quod *λεπτολογοῦντι* poetae Hipp. 923 est *λεπτολογεῖν*, obvium in Platone, Plutarcho aliis. 2) Vix addendum *παρασπίζω*, nam et *ἀσπίζω* quamquam rarum tamen in usu fuit et *παρασπίζω* post Euripidem usitatum, sed fortasse *προσελίζω*; *ξυνωρίζω* autem derivatum est, si omnino Euripideum.

quid ei, quod solatii instar protulit Lobeckius, participium utroque obtinere loco ‚quod genus vocabulorum ad nomina inclinat eoque liberiorem habet articulationem,' neque vero minus eidem assentiar addenti: ‚nunc, quia iam perfecto et concluso opere sese per vim intrusit, vitiosum et est et habetur.' — Quoniam autem in has tricas incurrimus, addantur saltem quae restant perversae coniunctionis exempla: *τεθριππεύω* frgt. 230 nil est, itemque quod ter in Rheso legitur *πυραίθω*; sed quid faciendum de *σταδιοδραμοῦμαι* Herc. f. 86, nisi admissa Hermanni coniectura *στάδια δραμοῦμαι* librarios potius quam poetam lapsos esse statuas, de quo Lobeck. Phryn. p. 616 seq. postquam multa docte, ut assolet, disputavit, hoc videtur recte statuisse, quum *σταδιοτρέχω* ut probaret Euripides difficile esset factu, ad *σταδιοδραμοῦμαι* ductum esse fallaci similitudine futuri *δραμοῦμαι*: quod si vitium est, ut est hercle, defensionem nullam sed quantulamcunque habet excusationem. Vel *κακοβουλεύομαι* * Ion. 877 addubitatum a Lobeck. Phryn. p. 624 defensore non caret, Hermannum dico; sunt vero etiam plane inextricabilia et iure, sentio, remota ab editoribus: quid enim sibi vult hoc monstrum vocis, ut recte appellat Musgravius, *ἐπιβωμιοστατέω* * Heracl. 44 varie tentatum a criticis vel, quod diu elusit interpretes, inexcusabile *ἐπορθοβοάω* * El. 142 c., cui aliam alii medelam adhibuerunt at, vereor, non opportunam.

---

§. 11. CAPVT III.

DE ADVERBIIS.

Addam quae tribus verbis dicenda sunt. Usitatissima clausula *ως* apparet in *ἀδαπάνως* ** Orest. 1176 et *εὐσχήμως* ** Hec. 569, quum *εὔσχημος* et ap. Dion. Cass. XLIV, 2 legatur et nom. propr. sit.[1]) Vix attinet attulisse *μεμηχανη-*

---

1) Occasione data addo nonnulla, quae quum apud Euripidem occurrant, simul sint Nomina propria. Ex his quae Euripidi tribuenda sint vix dixeris, sed patet diversa esse fide: velut *ἐλάτης* (Nauck. *ἐλα-*

μένως * Ion. 809, nam si *μεμηχανημένος* usitatum fuit, adverbium inventionem non requirebat. — In *δην* unicum est *ἐπιρροίβδην* * Herc. f. 860 *rapido cum impetu*, nam alterum *ἐκτάδην* ** Phoen. 1698 saepius ap. posteriores nescio an ex linguae usu sit depromtum. In *δον* exit *παλιμπρυμνηδόν* * Iph. T. 1395 Hes. Hermanni coniectura. Denique localia sunt *πεδόσε* * i. q. *πεδόνδε* Bacch. 137 c., 600 c. et *Ἐρεβόθεν* * Orest. 176 c.

Iam quum incrementa proposuissem, quae sermo tragicus aut cepisset per Euripidem aut saltem probabiliter dici posset cepisse, ita tamen ut me in vocabulorum thesauro tenerem, nolui statim vela contrahere: neque enim in eam opportunitatem, qua ceteras incrementorum partes expositurus essem, commode differenda videbantur, immo hoc loco aptissime expromenda esse, quae de adiectivorum maximeque compositorum ad substantiva appositionibus adnotata haberem. Qualium adiectivorum quum compluscula in catalogo modo exhibita sint (cernitur autem in his adpositionibus haud mediocris ingenii Euripidei impetus, ceterum vid. Bernhardyi syntax. p. 427), restant tamen sat multa, in quibus per se quidem nihil inventionis, sed quando ad substantiva adponuntur, audaciae plus minusve inest: quae si ad unum cmnia collecta vellem in ordi-

---

τής) *ποίμνης* frgt. 775, 26 c. *pastor*, est, ut Hesych. tradit, ‚*ὁ Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις*,' *κράντωρ* Andr. 507 c. *princeps*, Anth. Pal. VI, 116 nomen proprium satis notum, *ἀκέστωρ πημάτων* Andr. 900, *ἀλκαῖος* Hel. 1152 c., *εὔρυτος κρήνη* Iph. A. 420, *ἄκρυπτος* Andr. 835, raro nom. pr., *εὔθηρος* Eur. saep. et al., nom. propr. ap. Xenoph. mem. II, 8, *εὐρωπὸν χάσμα* Iph. T. 626 saepius; Hesych. dubitat utrum *σκοτεινόν* sit an *πλατύ*; hoc, opinor, praeferendum vid. Herm. ad Ajac. v. 221; (nom. propr. sat notum), *ὑδρόεις Εὐρώτας* Hel. 349 c. (*ὑδροῦσσα* nom. pr.), *χρυσορόης* Bacch. 154 c. (n. pr.), *ἁβροκόμης φοῖνιξ* Ion. 920 an., Iph. T. 1099 c. (satis not.), *πολύκτητοι δόμοι* Andr. 769 c., N. Pr. ap. Lucian. Fugit. 26. Corp. I. n. 172, III, 36; *καλλίμορφον δέμας* Andr. 1155, *χορός* Herc. f. 925, Antiph. ap. Athen. XIV, 655, Nom. Pr. ap. Luc. Quom. hist. c. 16, et Inscr. Aphrod. Boeckh. vol. II, p. 526, 548. Postremo addo *βοηδρόμος* ** Phoen. 1432, *πούς* Or. 1290, *σπουδή* 1571. El. 963, Heracl. 339, Anth. Pal. VII, 231 ob nomen mensis. —

nes disponere, ut me in alteram arenam darem profecto cogerer at nescio an non satis dignam, quam experirer: scilicet si vel adpositionum illarum nonnisi genera allatis exemplis commonstravero, iam sic ab hac parte Dionysii verba, a quibus exorsus sum, melius illustrentur. In universum autem tenendum est, quod omnium constat consensu, has appositiones non tam id spectare, ut evidentiae, qualem sibi mens expostulat, inserviant, quam ut sensus moveant iisque aliquomodo blandiantur. Hinc illa, qua interpretem fatigant, molesta nascitur difficultas. — Incipiam ab adpositionibus, quae sunt *abundantia conspicuae*: velut — in his enim substantivi notio altero compositi membro iteratur — *φοινικοσκελεῖς χηλαί* Ion. 1207, *κακοτυχεῖς πότμοι* Hipp. 688 c., *ὑψηλόφρων θυμός* Iph. A. 919, *γυναικόφρων θυμός* frgt. 364, *βαρύθυμος ὀργή* Med. 176 c., *καλλιφεγγὲς σέλας* Troad. 680, *καλλιπόταμος νότις* (ὕδατος ῥυτᾶς Δίρκας!) Phoen. 645 c., *καλλίπηχυς βραχίων* Troad. 1194 ab adiectivorum simplicium *φοινίκεος*, *γυναικεῖος*, *ὑψηλός*, *βαρύς*, *κακός* etc. significatione non recedunt. Omnino eadem sed forsan paullo mitior exsistit abundantia, quando adiectivorum loco habentur adverbia *εὖ* et *δυς*, ut in *βίος δυσαίων* Suppl. 960 c., *εὔδειπνοι δαῖτες* Med. 200 an., *εὐπήχεις χεῖρες* Hipp. 200 an. Nec vero sola attributiva[1]) admittunt hanc abundantiam, sed etiam aperta determinativa, ut *μονόπαις κόρος* Alc. 906 c., *θηλύπους βάσις* Iph. A. 421[2]), et obiectiva, rarius in quibus dativus pendet *δοριθήρατος λόγχης αἰχμῇ* Hec. 100 an., saepius in quibus accusativus, ut locum genitivi obiectivi notio verbi obtineat: *στερνοτυπεῖς κτύποι* Suppl. 604 c., *φοναὶ θηροκτόνοι* Hel. 154, *αἷμα παιδοφόνον* Herc. f. 1201 c. et sicubi praeterea *αἷμα* notionem *caedis* adsciscit, ut paroxytonesis praeoptanda sit, de qua diversitate copiosissime disputavit Lobeck. Aj. p. 228. Nunc fructum capiamus eorum quae attulimus: nimirum expendere debemus notiones membrorum compositi, ne in iis abundantiam inesse statuamus, quae sunt

---

1) Siquidem omnino sunt attributiva: hic enim inprimis difficile est utriusque generis (attribut. et determ.) certos fines constituere.
2) Ex adespotis frgt. 458 accedat *πυκνόφθαλμοι κόραι*.

reapse aliena ab abundantia, velut *περισσόμυθος λόγος* frgt. 53, *καλλικόμας πλόκαμος* Iph. A. 1080 c.: pluris autem interest, ut videamus, in quibus finibus se tenuerit haec licentia: velut Euripides, qui *καλλίπηχυς βραχίων* dixerat, non *καλλίπηχυς πῆχυς* sibi concessit, nec praeter unum illud *τυφλόπους πούς*, quod tamen iniuria impugnavit Geelius, eo progressus est, ut ex ipso substantivo fingeret adiectiva composita illis attributa, quod moneo, ut appareat nimium dixisse Hermannum, qui quum lectioni *ὑπεράνορα μεγαλανορίαν* Phoen. 184 patrocinaretur, illius generis sat multa a tragicis indubitanter admissa esse non tam demonstravit quam precario sumsit. — Ceterae adpositiones aut *non* sunt abundantia conspicuae aut *breviloquentia* aperta. Primum quo maximam adjectivi et substantivi notionum unitatem efficeret (vid. Bernhardyi syntax. p. 426) adiectivo expressit tragicus, quod debebat genitivo, quandoquidem ex adiectivorum cum substantivis compositione poetae substantiva determinativa gignere spernebant (vid. Bernhardyi syntax. p. 426): cuius licentiae per omnem praesertim Atticorum poesin divulgatae usum inprimis multiplicem Euripidi recte tribuit Bernhardyus l. c. Genitivus autem, qui hoc modo expellitur, nonnunquam obiectivus est ut in *εὐγενὴς φόνος* Iph. A. 1595, *βούτης φόνος* Hipp. 537 c., *τετρασκελὴς πόλεμος* Herc. f. 1272, longe saepius subiectivus: *Θῆσσα τράπεζα* Alc. 2, *χέρνητες δόμοι* El. 207 c., *εὐπατέρεια*[1]) *αὐλή* Hipp. 68 c., *τετραβάμονα γυῖα* Hel. 376 c., *λόγχη σπαρτός* Suppl. 578, *γηγενὴς μάχη* Ion. 987 (hic subiective, quum ipse explicet poeta: *ἣν Φλέγρᾳ γίγαντες ἔστησαν θεοῖς*), *δημηγόροι τιμαί* Hec. 254, *ἀρχαγοὶ τιμαί* Troad. 196 c., *φιλόπλουτος ἅμιλλα* Iph. T. 411 c., *χάριτες κέρτομοι* frgt. 497, *μονομάχος*[2]) *ἀσπίς* Heracl. 819 accedente metony-

---

1) Nimirum si eam interpretationem amplectimur, quam Lobeckius dedit Ajacis edit. p. 230 — quippe tentavit et alias — ut sit ‚*in qua versantur οἱ εὐπάτορες.*' 2) Similiter in Phoenissis *μονομάχον δόρυ* 1325, 1363, quod non effugit Aristoph. parodiam frgt. 550, de qua vid. Wold. Ribbeck. in libro nuper edito: Die Acharner d. Aristoph. mit einem erläuternden Anhang über die dramat. Parodien bei den attischen Komikern, p. 314.

mia, ἀπήνη ὁμόπτερος Phoen. 328 c. per duplicem insuper metonymiam.[1]) Neque βούθυτος[2]) ἡμέρα Hel. 1474 c., προστροπαί Alc. 1156, quae dixit duce Aeschylo (ceterum vid. Lobeck. ad Ajac. p. 230), immerito mihi videor explicare ἡμέρα, προστροπαὶ τοῦ βουθυτεῖν. His adiacent pauca primoque obtutu simillima ac reapse plerumque vix separabilia exempla earum adpositionum, in quibus adiectivum aut ita solvendum est, ut ponatur casu praedicati suppleto infinitivi genitivo τοῦ εἶναι sive γενέσθαι eoque modo exprimatur conditio vel status, aut ita, ut adscito participio γενόμενος causa indicetur adiectivo in dativum vel ablativum infinitivi transeunte (de utraque interpretatione vid. Todt. p. 56). Sic igitur recte explices τάλανες, ὅτι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἤλθέτην Phoen. 1300 c. ἐπὶ φρένα τοῦ γενέσθαι μονομάχοι (auf den Gedanken kommen Zweikämpfer zu werden), eodemque modo ἀνάγκη σιτοποιός Hec. 362 est ἀνάγκη τοῦ εἶναι σιτοποιός. Contra ἡδονὴ βούθυτος Ion. 664, παιδοποιός Phoen. 338 c. est *voluptas quae oritur boves immolando, liberos gignendo*, pariterque ἀνδροβρῶτες ἡδοναί frgt. 541, χαρμοναί Herc. f. 385 c. sunt *voluptates quae nascuntur viros devorando*, κηλὶς μητροκτόνος Iph. T. 1200 est κηλὶς γενομένη τῷ μητροκτονεῖν. His duabus aptissime tertia species adiungitur, in qua exprimitur adiectivo, quod genitivo infinitivi et hinc pendente casu nominis dicendum fuit, velut τέχνη ξενοκτόνος Iph. T. 53 est τέχνη τοῦ κτείνειν ξένους. Apparet autem haec tria adpositionum genera ceterum Aeschylo opinor familiariora ex parte talia esse, ut aegre nonnisi tam inter se quam ab eo seiungantur, quod admisso genitivo subiectivo explicavi. Saltem id cadit in exempla ea, quae ex Euripide collecta habeo: nam profecto quid est κηλὶς γενομένη τῷ κτείνειν μητέρα nisi μητροκτόνου κηλίς, quid σιτοποιὸς ἀνάγκη nisi ἀνάγκη τοῦ ποιεῖν σῖτα, an quid ἀνδροβρῶτες ἡδοναί nisi *voluptas quam percipit, qui homines devorat* i. e. ἀνδρο-

1) Nam ἀπήνη non minus metonymiam continet quam ὁμόπτερος, quarum hanc a Strattide in suis Phoenissis risam esse opinio Valckenarii est. 2) Fortasse hoc quoque in parodia est apud Aristophanem Av. 1230 vid. Ribbeck. l. c. p. 310.

βρωτος ἡδονή? Neque non τέχνη ξενοκτόνος ξενοκτόνου est τέχνη. Item ὠμοφάγος χάρις Bacch. 139 c., de quo vid. Lob. Aj. p. 229, utrum sit ὠμοφάγου χάρις an γενομένη τῷ φαγεῖν ὠμά an τοῦ φαγεῖν ὠμά, iure haereas. Quodsi igitur fateberis, inter haec quid discriminis sit, interdum incassum quaeri, cavendum tamen est, quum parum saepe caverint interpretes, ne cum his omnibus id genus confundas, in quo adiectivum regenti, non quod exspectaveris suspenso nomini adaptatur. Hic enim accedit, qui illic non accedit, genitivus. Nec adimemus huic generi nomen h y p a l l a g e s versicoloris profecto figurae, cuius utinam religiosius cancelli circumscribantur. Ut leniora mittantur ea, in quibus nomen regens et suspensum unam tantum notionem efficiunt (γηγενὴς μάχη δορός Cycl. 5, ἑπτάπυργα κλῆθρα γᾶς Phoen. 1058 c., πατρῷος θάλαμος ἑστίας), mirandum profecto est, quam aliena iunxerit poetae nusquam magis luxurians ingenium. Sic, ut delibem pauca, auditoribus proposuit Ἕκτορος σφαγαὶ τροχήλατοι Andr. 399, μουσοποιὸς παρθένου μέριμνα Hipp. 1428, ἀμερόκοιτοι βλαχαὶ τεκέων Cycl. 59 c., Γοργοῦς λαιμότομοι σταλαγμοί Ion. 1055 c., δράκοντος αἷμα λιθόβολον Phoen. 1062 c., τρίπτυχοι νεκρῶν θρῆνοι Phoen. 1635, καράτομος ἐρημία νεανίδων Troad. 564 c., τετράπους μῖμος θηρός Rhes. 255 c., ἑκατογκέφαλα ὄφεων ἰαχήματα Herc. f. 883 c., tum audaciora illa προπόλευμα δάφνας νεηθαλές Ion. 113 c. accedente metonymia, γραῖαι ὄσσων πηγαί Herc. f. 450 an., χλοεραὶ λείμακος ἡδοναί Bacch. 867 c. (quid sibi volunt *virides voluptates*, perinde ac si quis dixerit ‚grünes Wiesenvergnügen'?) et ἄπτερος ὠδὶς τέκνων Herc. f. 1040. — [1]) In his si apertum est Euripidem vestigia superiorum poetarum potuisse legere, [2]) iam ceteras

---

1) Duplex hypallage legitur Herc. f. 396 c. χρυσέων πετάλων ἄπο μηλοφόρον καρπόν pro χρύσεον et μηλοφόρων vid. Herm. ad. Viger. p. 891. Correxerunt alii. 2) Apparet autem Euripidem tam in hoc genere quam in eo, quod admisso genitivo subiectivo aut obiectivo solvendum est, exquisitiora multa protulisse: neque non videris huius licentiae non posse circumscribi fines, quum in hypallages quidem genere id unum apertum sit, quo minus adiectivi notio ad substantivi regentis notionem referri possit, eo intolerabiliorem fieri compositionem: velut

appositiones circumspiciamus: quoniam autem fit, ut diversa misceantur, videtur inprimis genitivorum quorundam usus observandus esse. Primum satis saepe unica notio duobus substantivis ita exprimitur, ut alterum genitivo positum prorsus superfluum sit, velut *βρόχοι ἀρκύων ξιφηφόροι* Herc. f. 730: a quo genitivo facillime alterum seposueris, qui possessionem exprimit aliquam fermeque adipiscitur vim adiectivi:[1]) *στολίδα κροκόεσσαν τρυφᾶς* i. e. *τρυφεράν* Phoen. 1491 c. (vid. Bernhardyi Synt. p. 163), *ξανθέων πετάλων πολυθηρότατον νάπος* ib. 801 c., *βοστρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα* Orest. 225, ubi accedit, de qua modo diximus, hypallage. Recedit ab his genitivis tertius, quem recte *interpretationis* vel *adpositionis* appellaveris, Euripidi satis usitatus: qui, quum ad augendam perspicuitatem adponatur, interdum contrarium efficit. Nempe si rem *περιφραστικῶς* expresserat Euripides, ut mos poetarum inprimis tragicorum est, adiectivum autem vel totam *περίφρασιν* a perspicuitate laborare velut sibi persuaserat, adposuit genitivum, quo quid vellet melius et ita quidem illustraret, ut vel adiectivum vel totam figuram interpretaretur. Saltem vereor, ut aliter sumenda sint, quae modo habuimus *δακρύων γραῖαι ὄσσων παγαί* Herc. fur. 450 an., siquidem *δάκρυα* sunt *ὄσσων παγαί:* nimirum *ὄσσων παγαί* genitivo explananda videbantur.[2]) Idem quum *tres deas ab Herma ad Paridem deductas* significaturus esset, dixit *καλλίζυγὲς τρίπωλον ἅρμα*[3]) *δαιμόνων* Androm. 277 c.: potuit profecto, siquidem noluit

---

si habes ‚*τετράπους μῖμος* (i. q. *μίμησις* h. l.) *θηρός*', *μῖμος* naturam *τετράποδος* exprimit, porro si ‚*λαιμότομοι σταλαγμοὶ Γοργοῦς*', oriuntur *σταλαγμοί*, quia *λαιμότομος Γοργώ* est; sed si ‚*προπόλευμα quod quis praestat usus δάφνῃ νεηθαλεῖ*, attributum hoc *δάφνας* cum *ministerio* non cohaeret: cuius audaciae non sane multa exempla invenies.

1) Hic vel Seidlero fraudem fecit, qui Iph. T. 132 Sophocleum affert *λεύκιππος* prorsus sine caussa, nam simplex est attributivum, El. 651 autem ad explicandum hunc genitivum non reprobat antiptosin (quam et ipsam vocant immerito hypallagen), cuius ut abusum recte dissuaserat, ita, quod difficillimum est, fines aliquatenus circumscribere studuit Hermannus ad Viger p. 890. Ceterum genitivi huius exempla ex Euripide compluria dedit Matthiae in gramm. §. 316. 2) Aut *ὄσσων παγαί* aut *παγαὶ δακρύων* suffecit. 3) Usitata est metonymia.

fingere *τρίθεον* vel simile quid, in *τρίπωλον* acquiescere nullis opinor tenebris relictis, sed maluit genitivo adiectivum explanare. Porro ut maneamus in Andromacha, habes v. 1015 c. *ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας*, quae parum perspexit Pflugkius, quum dicta opinetur pro *τεκτοσύναν ὀργάνας χερός*, (cuius sat rarae inversionis ne fructum quidem percepit), deinde vero afferat ut plane similia ex Med. *αἰῶνα ἀμηχανίας* et Aristophaneum illud *τρυφῆς πρόσωπον*, quae nemo non viderit genitivi possessionis exempla esse, cui, si haberemus *χέρα τεκτοσύνας*, ipse locum darem: nunc vero, quum *ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας* legantur, statuendum est adiectivum illustrari genitivo, quem *interpretationis* genitivum per se quidem vellem lucratus esset poeta ad explicandam metonymiam prorsus inutilem, siquidem omnino *χέρα* pro *χειρὸς ἔργον (Troiae murus)* dictum esse duce scholiasta tibi persuaseris. Accedat tertius ex hac fabula locus v. 652: *οὗ πεσήματα πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν*, ubi *Ἑλλάδος* est pro *Ἑλληνικά*, *δοριπετῆ* autem *πεσήματα* explanantur genitivo *νεκρῶν*, qui, etsi excusabilis est, potuit tamen sine dubio abesse, quia *πεσήματα cadavera* esse *missilibus procidentia* non minus verbum *πέπτωκε* docet quam terminationis $\overline{\mu\alpha}$ indoles, de qua diximus. Adiungo impeditiora illa ex Electr. 442: *Νηρῆδες . . Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων*, in quibus *Ἡφαίστου* subiecti genitivus est pendens ex altero subiecti genitivo *ἀκμόνων χρυσέων*, *τευχέων* autem interpretationis, quo explicantur *μόχθοι ἀσπισταὶ ἀκμόνων*. In Orest. 993 c. habes: *λευκοκύμονες ᾐόνες ποντίων σάλων*, ubi genitivus vel adiectivum explanat vel abundat omnino. At vero quorsum haec omnia? quia apparet genitivum hunc sermonis esse vere poeticam audaciam modo appetentis modo reformidantis, sine dubio autem magis magisque cadentis. Quod igitur nonnunquam genitivo interpretationis, id apertius alias ipsa appositione poeta efficit: velut quum Centauros dixerit *τετρασκελὲς ὕβρισμα* Herc. f. 181, statim solvit nodum apponens *Κενταύρων γένος:* concedet igitur profecto, si quis perspicuitati hoc modo Euripidem prospexisse intellexerit, recte de se iudicare poetam, quum dicat Aristoph. Ran. 939 *ἀλλ'*

ὡς παρέλαβον τὴν τέχνην . . . οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καί ῥημάτων ἐπαχθῶν, ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον ἐπυλλίοις etc.: agnoscet autem *στωμύλματα* toties sugillata ab Aristophane in iis, quae verbositatis apertae prae se ferunt vestigia: *κυανόχροα κυμάτων ῥόθια θαλάσσας* Hel. 1503 c. et inprimis *κυανόχρως χαίτας πλόκαμος βοστρύχων* Phoen. 803 c., *καλλιπόταμος ὕδατος νότις ῥυτᾶς Δίρκας* Phoen. 654 c. — Nunc ceteras perplexas adiectivorum cum substantivis coniunctiones ostendam rariores in Euripide, qui et hic in paucioribus se tenuit, depromtas credo ab Aeschylo. Leguntur enim adiectivorum ad substantiva appositiones prorsus inenodabiles, nisi adiectivi ac substantivi notiones invertuntur: velut quid sibi vult, quod modo examinavimus, *μόχθοι ἀσπισταὶ χρυσέων ἀκμόνων* per se *labores clupeati*: sunt *ἀσπίδες πεπονημέναι χρυσέοις ἀκμόσι:* hoc autem si excusationis satis habet tam ab genitivo subiecti, quam ab genitivo interpretationis, tamen forsan solo hoc modo solvenda sunt verba ‚*βόες, αἳ σάρκα φωνήεσσαν ᾔσουσίν ποτε*' Troad. 440, ubi verbum *ᾔσουσι* expostulat *φωνὴν σαρκικήν* vel *σαρκώδη* vel simile quid: nam satisegerit profecto aliquis adiectivum indagaturus prorsus sufficiens, quum exprimere debeat *vocem ex carne sonantem.* Item *καλλιχόρους ἀοιδάς* frgt. 462 in *καλῶς ᾄδοντας χορούς* vertet qui locum inspexerit, fortasse etiam *εὐσέληνον φέγγος* (argum. Rhes.) in *εὐφεγγὴς σελήνη*, nec tamen alibi sine causa accedet ad id refugium, velut si quis *δύσγαμον αἶσχος* Troad. 1114 c. interpretetur *αἴσχιστον γάμον*, qua nil opus est interpretatione, quum *αἶσχος* ut *αἰσχύνη*, *φόνος* multaque alia significatione abstracta exuta personis quoque significandis inserviant vid. Bernhardyi syntax. p. 46. Verum illa, quae modo habuimus: *καλλίχοροι ἀοιδαί*, *εὐσέληνον φέγγος*, quum eodem iure *καλαὶ χορῶν ἀοιδαί*, *καλὸν σελήνης φέγγος* interpreteris, transitum parant ad id genùs, in quo adiectiva composita in membra dissolvenda sunt ex iisque attributiva et casus obliqui elici debent: velut *κακονυμφοτάτη ὄνησις* Hipp. 737 c. est *κακίστη νύμφης ὄνησις*, *καλλίπαις στέφανος* Herc. f. 839 *καλὸς παίδων στέφανος*, similiter *εὐάλιον πῦρ* Iph. T. 1139 c. i. q. *καλὸν ἡλίου πῦρ*, adde *εὔτεκνος ξυνωρίς* Phoen. 1618

et *εὔτεκνοι χρησμοί* Ion. 423, ubi genitivum obiectivum habes. Haec rursus traducunt ad cognatum genus, nempe ad adiectiva ex adiectivo et substantivo composita ea, quae si solvuntur duos reddunt genitivos. Ita ex iis quae modo percensuimus nonnulla haereas an aptius huc referas: quid est enim discriminis inter *καλῶν παίδων στέφανος* et *καλὸς παίδων στέφανος*, quid inter *ξυνωρὶς καλὴ παίδων* et *καλῶν παίδων*? Sed sunt profecto, quae solvi aliter nequeant, ex quorum numero est adiectivum *μεσόμφαλος*. Sic dixit *μεσόμφαλοι μυχοί* Orest. 331, *ἕδραι* ibid. 591, *γύαλα* Phoen. 237, *γᾶς ἑστία* Ion. 462 c., parique modo interpretantur *λευκοπήχεις κτύποι χεροῖν* Phoen. 1351 c., ubi in *χεροῖν* apertum habes interpretationis genitivi exemplum.[1]) Duo genitivi rarius etiam si omnino ex adiectivis alio modo compositis eliciendi sunt: equidem nihil in promptu habeo praeter *βροτόφθορα σκῦλα* frgt. 268, nisi malis *βροτοφθόρα* nimirum ut planius, sed *βροτόφθορα σκῦλα* sunt *σκῦλα βροτῶν φθαρέντων*. Cui addo ex Iph. T. 1083 *πατροκτόνος χείρ*, quum hoc loco efflagitante sensu *πατρὸς κτείνοντος χείρ* esse debeat: quae si cui duriuscula significationis videbitur commutatio, quoniam *πατροκτόνος* ex linguae consuetudine alias est *patrem interimens*,[2]) ei forsan non displicebit quae mihi succurrebat adiectivi *πατροκτόνου* correctio in *παιδοκτόνου*, ut iusta sententia loco restituatur. — Hic vero subsistam, ne diutius morer in adiectivis quibusdam ex verbis neutris natis et quando substantivis subiunguntur, ad solvendum difficilioribus, velut *ἀνδροκμῆτες ἀγωνίαι* Suppl. 525 (ceterum *ἀνδροκμής* post Aeschylum dixit Euripides) et

---

1) Lobeckius ad Aj. p. 73 hunc locum adscita hypallage explicat, ut dictum opinetur pro *λευκοπήχεων χερῶν κτύποι*, *λευκοπήχεις* autem *χεῖρες* excusentur iis, quae obvia habuimus: *εὐπήχεις χεῖρες*, aliis id genus. Mihi minus placet haec interpretatio propterea, quod non addidit locum, in quo pari modo hypallage cum abundantia coaluit. 2) Lobeckius utrum *πατρὸς κτείνοντος* an *πατρὸς κτείνοντα* sit, in dubio linquit Aj. p. 233. Ceterum in transitu moneo *παιδοκτόνος* vocabulum esse Euripidi satis familiare: qui dixit *παιδοκτόνοι φρενῶν ταραγμοί* Herc. f. 839 et audacius illud *παιδοκτόνοι σοί* = *σοὺς παῖδας κτείνοντες* H. f. 1381.

δοριπετὴς ἀγωνία Troad. 1003; etsi ad *ἀνδρῶν καμόντων* vel *δορὶ πεσόντων* refugere queas, rectius tamen haec enunciatione relativa solvuntur. Ceterum alia non tam interprete quam critico egent: sic quae leguntur Phoen. 174 *σφάγια..γῆς φιλαίματοι ῥοαί* non interpretanda sunt, sed emendanda cum Musgravio. —

Dionysii Hal. verba quibus quaestionibus omnino illustrari possent, dixi p. 1. Has omnes redire apertum est ad unicam illam de *incrementis*, quae sermo tragicus per Euripidem ceperit. Pro incrementis igitur recte habeas omnia, in quibus ab Aeschyli inprimis ac Sophoclis dictione recedit et tanquam propriis excellit sermo Euripideus. Peculiare autem Euripidis fuisse et in tragoediis eodem fere modo quo antea Aeschyli inusitatum omnino dicendi genus, antestari licet Aristophanem subtilem harum rerum arbitrum. Hunc ideo dixeris adeundum et hoc velut auctore quae tragico propria essent colligenda fuisse. Sed age, in quaenam sit invectus ille, videamus. Missis iis parodiis, quae aut paradoxa risui exponerent aut eo consilio producerentur, ut quae sine ulla offensa audivissent in tragoediis, eorum faceta nonnisi in comoediis repetitione delectarentur homines, duplicem quae restant seriem efficiunt: alterum genus audaciora sermonis figurati specimina impugnat,[1]) alterum in exagitando nimio *ἀντιθέσεων* aliarumque rhetoricarum figurarum studio versatur,[2]) in quibus vestigia Prodiciae insti-

---

1) Veluti *χρόνου πούς* Eur. frgt. 43, Bacch. 889, *αἰθήρ, οἴκησις Διός* frgt. 491, quae ut *παρακεκινδυνευμένα* ridentur Aristoph. Ran. 100, 311, et Thesmoph. 272 (nec vero *δωμάτιον* dixisse putandus est Euripides), *ἀηδόνων μουσεῖον* frgt. 89 carpitur Ran. 93, *κερκίδος ἀοιδοῦ μελέται* frgt. 527 ab Aeschylo Aristophaneo Ran. 1316 perstringitur, *Ἀσιάδος κρούματα* frgt. 371 ab Aristoph. Thesm. 120, *Ἑκάτης ἄγαλμα* Eur. frgt. 959, Aristoph. frgt. 653: nec dubitandum quin Euripides frgt. 765 *τὸν ἱερὸν βότρυν οἰνάνθας γάνος* dixerit ex coniectura probabili Bergkii ob Aristoph. Ran. 1320. Num *ὄνειρον* revera tragicus vocaverit *Ἀΐδα πρόπολον* ac *μελαίνας Νυκτὸς παῖδα*, vix ausim dicere: sed in cavillandum sermonis figurati tumorem tam illud quam similia composita esse planissimum est. 2) Et hoc quidem studium

tutionis sermonisque urbani agnoscas. Contra thesaurum vocabulorum, a quo equidem exorsus sum, irrisione non vexavit Aristophanes: sunt sane quaedam Euripidis inventa apertis Aristophanis parodiis notata:[1]) sed omnino hic in ipso vocabulorum thesauro minime offendit.[2]) Hinc fortasse alicui levior videatur haec de *thesauro vocabulorum* quaestio: Profecto iniuria. Ab Aristophane enim ea vellicari consentaneum erat, quae plane inusitata eaque sermonis tragici incrementa fuerunt, quibus fieri non potuit, quin angustiores huius ipsius fines perrumperentur. Sed quod Aristophanes, cui obversarentur ῥήματα illa ἱππόκρημνα Aeschylea, non respexit, in qua sine dubio multo inferior esset Aeschylo Euripides, verborum fabricam, respexit autem ea, in quibus tanquam propria exsplendesceret huius ingenii vis, parum quidem ad nos, quoniam nostra non interest, ut insolita plasmata admiremur, sed ut qualia haec sint seu grandiora seu vulgariora inquiramus,[3]) allatis

---

alii quoque comici ludificati sunt, ut Eubulus adlusit ad Phoen. 1505 δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος et Iph. T. 1092 εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν vid W. Ribbeck. l. c. p. 314. Ceterum in his insunt ἀντιλογικαὶ καὶ λυγισμοὶ καὶ στροφαί, quibus, ut ait Aristoph. Ran. 775, οἱ ἀκροώμενοι ὑπερεμάνησαν, eodemque redeunt quae leguntur ib 826 seq.: ‚ἔνθεν δὴ στοματουργὸς ἐπῶν βασανίστρια λίσπη γλῶσσ', ἀνελισσομένη φθονεροὺς κινοῦσα χαλινούς, ῥήματα δαιομένη καταλεπτολογήσει πλευμόνων πολὺν πόνον', quae verba postmodum magis etiam explanabuntur.
1) Afferre licet τριπάρθενον ζεῦγος Eur. frgt. 359, quod Aristophanes risit ludens τρίδουλον ζεῦγος frgt. 566, πανσίπονος Iph. T. 451 c. de industria positum Ran. 1321; ἀχάλινα στόματα Bacch. 386, frgt. 495, quocum conferre licet ἀθυρόστομος Orest. 903, quae perstringuntur Ran. v. 838 ἄνθρωπον.. ἔχοντ' ἀχάλινον ἀκρατὲς ἀπύλωτον στόμα, sed opinor ob metonymiam, vide quae supra dixi de hoc vocabulo. ἀρκεσίγυιος (οἶνος) autem iniuria Euripidi tribuit Eustathius (vid. Nauck. frgt. trag. p. 12), quum appareat ex Antiphanis derisione com. III. p. 119 seq. a Philoxeno inventum esse. In ceteris Euripidis inventis Aristophanis parodia notatis ipsos Aristophanis locos adhibui.
2) Iam etsi in Euripidis inventis non offendit Aristophanes, hunc usum tamen esse illis hic illic et quidem sine ira et studio, quod dixi p. 7, etiamnunc teneo: quamquam nonnulla altius ab ambobus repetita esse recensu habito satis patet. 3) Sic inde ad illustranda Dionysii verba certe fructus redundet, dummodo teneamus ingenium poetae in inventis praesertim manifestari.

iis vocabulis, quae sicut vel solus vel cum paucis assumsit ex superiore poesi, ita in inveniendis vocibus exemplarium loco posuit. Ceterum hoc moneo, quae pro inventis habeamus, eorum quaedam fortasse nonnisi ab Euripide in tragoediam introducta esse: increvit tamen iis quoque sermo tragicus. Nonnulla hic non praetermittenda videbantur: etiam apertiora proferentur, quando prosae orationis vestigia collegerimus. — Nunc autem quoniam confecto itinere de toto inventorum vocabulorum thesauro iudicium poscitur, duo in aestimationem veniant, tam numerus vocabulorum quam pondus. Et illum quidem cito expedias: nam si in septem tragoediis ac fragmentis non sane amplis mille et centum procudit Aeschylei ingenii impetus, Euripidis autem in duodeviginti fabulis ac spatiosis sane fragmentis circiter octingenta (mitto enim ex Rheso progeniem et incertiora quaedam licet in catalogo exhibita), quanto hic ab illo distet, non dubium erit. Sed accedit vocabulorum natura. Euripides quum ad tragoediam se converteret, invenit hanc artem non tantum praeoccupatam sed consummatam, inprimis vero sermonem tragicum promtum ac paratum: transsumsit ideo, ut expositum est, praeter nonnulla altius repetenda ex Aeschylo longe plurima, quaedam etiam ex Sophocle quanquam haec minus certa. Nec mirum igitur, quod in fingendorum vocabulorum negotio, quod post Aeschyli conamina multo rarius obibat ac prout res posceret (in Bacch. *βάκχευσις*, *βάκχευμα*, *βακχεύσιμος*, *βακχιάζω* Euripidis sunt), ad Aeschyli praesertim, fortasse etiam Sophoclis exemplar se componeret. Quare nescio an omnis Euripideorum inventorum thesaurus apte in tres partes dispesci queat. Aeschyleae naturae sunt potissimum ex binis nominibus consociata velut attributivorum ex *φρήν*, *φάος*, *πλῆθος*, *στόμα*, *μῆτις*, *ὤψ* larga prosapia: simul tenendum est inprimis canticis reservari attributiva binominaliter composita, quorum nonnisi triens legitur in iambis ac trochaeis fere dodrantem totius poesis Euripideae efficientibus. Porro obiectiva quoque nonnulla Aeschylo tanquam duce inventa sunt. Sophoclis autem vis, siquidem ullam is in Euripidem exercuisse censendus est, quum largiendum sit Weickero l. c. p. 29 haec inprimis Sophocli usitata genera fuisse, fortasse in iis aliquo-

modo cernitur, quae cum numeralibus, *α* privativo, praepositionibus iuncta sunt. Ipse autem Euripides remotis magis magisque terminationibus obsoletis recentiores potius frequentavit et tanquam introduxit in tragoediam (etsi non sane multa indidem finxit) ut *εια*, *συνη*, *σις*, quarum terminatio *σις* quam prosae orationi proprie conveniat, exemplum docet Thucydidis: terminationem autem *μα* ut inprimis habuit in deliciis[1]), ita peculiari quodam artificio ad personas transtulisse videtur. Praeterea autem quum pro ingenio suo minus id ageret, ut diversarum rerum insperata ac desultoria coniunctione grandia et auditoribus paene insuperabilia vocabula proponeret, quam ut singula quae diceret accurate limitaret et circumscriberet („magis enim accedit oratorio generi" Quintilian. X, 1, 68) et ut quale quidque esset quasi examinaret[2]) — sentias interdum argutias aucupantem rhetorem ut in *εὐκάματος κάματος*, *γάμος δύσγαμος*, — composita ex *εὖ* et *δυς* ceteris ut videtur fere cupidius arripuit: habet enim in universum ex *δυς* octoginta, ex *εὖ* centum ac triginta, ex quibus quae ad Euripidis fabricam redirent supra recensui: tum vero quod simplici verbo satis explanaretur, praefixa praepositione enucleatius, quod una clare, id adiuncta altera etiam clarius prope dixerim subtilius expressit. (*ἐκπροΐημι*, *ἐκπροκρίνω*, *ἐπεκπίνω*.) Quae si vestigia sunt sermonis a tumore Aeschyleo longe remoti, non pigebit paucis examinasse de quibus modo dixi, binominaliter composita more Aeschyleo. Nimirum haec nonnisi ex minore parte Aeschyli ingenium spirant, ex maiore contra propterea cedunt inventis Aeschyleis, quod quum Aeschylus ponderosa sua per se vocabula substantivis cum audacia felicissima adpositis tanquam exaugeat (*μελαγχίτων φρήν* vid. Todt. p. 20, *οἰόφρων πέτρα*, *διχόφρων πότμος* p. 21), Euripidis contra inventa non tam altarum inauditarumque cogitationum sunt plasmata quam usitatarum scienter immutata. Et sic igitur Aeschylus et Euripides duplici modo differunt, primum in *voca-*

1) Nimium tamen dixerit quis, si in Aristophaneis quibusdam ut *αἰθήρ, ἐμὸν βόσκημα* Ran. 892, *ἱστότονα πηνίσματα* 1315 c. huius studii irrisionem inesse statuat. 2) Hoc videtur persentiscere Dio Chrysostom. or. LII p. 632 quum Euripidi vindicet *τὸ ἀκριβὲς καὶ δριμύ*.

bulorum, quae sunt materia compositionis, *delectu:* multiplex et inexhaustum Aeschyli ingenium undique at minime temerario collecta vocabula compegit, Euripides in paucioribus se continuit, sed nonnunquam in uno eodemque varie componendo tam sollers fuit, ut nihil fere subsequentibus inveniendum relinqueret: id autem grande compositorum cum *καλός* et *πολύς* agmen inprimis docet: tum aeque in *rerum condicionumque*, quae exprimuntur, *ambĭtu* differunt: Aeschylus enim non minus ea quae oculis cernuntur, quam quae percipiuntur mente (igitur diversos status animi) describit usus insuper magnificentissimis translationibus, Euripides autem, quem constat multum fuisse in describendis iis [1]), quae sub adspectum cadunt, tum res interdum nuncupavit quales apparebant intuenti (ita *τύμπανον* ei est *βυρσότονον κύκλωμα*), tum adspectabilia permagno adiectivorum depingentium numero exornavit: qualium adiectivorum quum poeticus color nec vero peculiaris illa tragoediae maiestas esset, haud exigua pars in lectorum, praesertim poetarum libellos transiit. — De adiectivorum ad substantiva appositionibus ubi ceteris quaestionibus satisfactum erit, si minus benevole tamen liberius statuas. Ceterum vel harum adpositionum maxima pars in canticis legitur.

---

1) Fuerunt qui recte huius rei causam ex opera repeterent, quam iuvenis aliquamdiu collocasset in pictura secundum biographi et Suidae testimonia.

Corrigenda:

Pag.	19	l.	31	lege	verisimiliter.
,,	25	,,	16	,,	quas voces.
,,	55	,,	17	,,	*ὠκυθόαι.***
,,	67	,,	23	,,	Euripidem habuisse.
,,	72	,,	21	,,	*Κιθαιρών.*
,,	74	,,	3	,,	*ὀλβιόδωρος.***
,,	88	,,	33	,,	hac.

In dem Verlage der **Buchhandlung des Waisenh**[...]
erschien und ist durch alle Buchhandlungen zu beziehen:

Demosthenis contiones quae circumfer[...] Libanii vita Dem. et argumentis Graece et La[...] suit cum apparatu critico copiosissimo, proleg[...] maticis et notitia codicum ed. I. Th. Voemel[...] gr. 8. 1856. geh. 5 Rthlr. 25 Sgr.

Q. Horatii Flacci carminum librum pri[...] tione scriptorum graecorum illustravit H. H. Garcke. Quaestionum de Graecismo Horatiano pars prior. gr. 8. 1860. geh. 1 Rthlr. 10 Sgr.

Meieri, M. H. Ed. (Prof. Halensis), **Opuscula academica** edid. Fr. Aug. Eckstein et Frid. Haase. gr. 8. geh. Vol. I. 1861. 2 Rthlr. Vol. II. 1863. 1 Rthlr. 15 Sgr.

Peter, Rector Prof. Dr. **Carl, Livius und Polybius.** Ueber die Quellen des XXI. und XXII. Buches des Livius. 4. 1863. geh. 20 Sgr.

Scheuerlein, Fr. W. A., Die Norm des griechischen Modusgebrauches besonders im Nebensatze. Anhang zur griech. Syntax für die Prima der Gymnasien. gr. 8. 1860. geh. 6 Sgr.

Seyffert, Dr. phil. **A., Quaestiones criticae de codicibus** Sophoclis recte aestimandis. gr. 8. 1864. geh. 10 Sgr.

Weber, H., Etymologische Untersuchungen. I. gr. 8. 1861. geh. 15 Sgr.

— — **Die dorische Partikel** κά. **Ein Beitrag zu der** Lehre von den griechischen Dialecten. 8. 1864. geh. 15 Sgr.

Wolfius, Fr. A., Prolegomena ad Homerum, sive de operum Homericorum prisca et genuina forma variisque mutationibus et probabili ratione emendandi. Edit. II. Vol. I. gr. 8. 1859. geh. 20 Sgr.

Xenophontis Anabasis. Für den Schulgebrauch erklärt von Ludw. Breitenbach. Nebst einem kritischen Anhang. Erste Hälfte. Buch I—IV. Mit einer Karte von Prof. Kiepert. 1865. geh. 15 Sgr.